Mdp
1.



IMMANUELIS WEBERI

EXAMEN

ARTIS HERALDICÆ

Gymnasium Quedlinburg

MAXIMAM PARTEM EX INSIGNI OPERE

SPENERIANO

COLLECTUM,

THEORIAM INSIGNIUM FACILI AC PERSPICUA METHODO EXHIBENS;

J. M. Thiele A. S. 1713

EDITIO TERTIA

EMENDATIOR ET AUCTIOR.

JENÆ,

Sumptibus ERNESTI CLAUDII BAILLIAR.

ANNO 1713.

UNIVERS.-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

1941 g 8064

SERENISSIMO PRINCIPI

ATQVE DOMINO,

DN. LUDOVICO,

LANDGRAVIO HASSIÆ,
PRINCIPI HERSFELDIÆ, COMITI IN
CATTIMELIBOCO, DECIA, ZIEGEN-
HAINA, NIDDA, SCHAUMBURGO,
ISENBURGO ET BUDINGA,
CÆTERA.

PATRIARUM TERRARUM
PRINCIPI HÆREDI,

PRINCIPI AC DOMINO SUO
CLEMENTISSIMO.

SERENISSIME PRINCEPS
ATQUE DOMINE,
DOMINE CLEMENTISSIME.

NOn, ut diu receptæ consvetudini morem gererem, sed ut animi devotisimi signum quoddam ederem, exiguis hisce pagellis *SERENISSIMUM TUUM NOMEN* humiliter inscribere ausus sum. Ad magna natus ingenitæ virtutis semina strenue sequeris, &, dum majora votis nostris arduo conamine moliris maximam nobis spem de ub errima messe bonorum aliquando in Publicum & Patriam inde redundaturorum facis. Artibus quippe iis, quæ Principem, Reipublicæ suæ futurum Rectorem, decent, tum domi, tum in exteris locis & variis

pere-

peregrinationibus abunde instructus, eas animi dotes in TE eluceſcere ſinis, unde ex voto optimum & *IMPERII PRINCIPEM ET PATRIÆ PATREM TE* fore indiciis non dubiis auguramur. Pietatem volo, Clementiam, Prudentiam, Juſtitiam, & in bonas literas literarumq; Cultores ſingularem propenſionem, quæ atque aliæ, ſi per ætatem magis obfirmatæ fuerint, quid non de *TE, PRINCEPS SERENISSIME*, ſperare, imo certiſſime nobis polliceri poſſumus? Macte ſis egregia hac animi TUI indole! Boni omnes pro incolumitate, vita & perenni felicitate TUA aſſiduis precibus, apud Deum intercedent, TUASque virtutes perpetua veneratione colent atque proſequentur. Eos inter TUI Cultores cum &ego pia mente, ceu par eſt, meum nomen ſemper profeſſus fuerim, non potui non, quin libelli hujus nova jam facie prodeuntis

oblatione, donec alia ſuppetant, leviden-ſe indicium TIBI proderem, & iſtius gratiæ, quam in me, non meritum licet, a teneris contuliſti, perpetuitatem humilime mihi exorarem. Adſpice id igitur & accipe *SERENO VULTU*, & in numero ſervorum devotiſſimorum eorumque, quos gratioſe TIBI commendatos habes, locum aliquem, eumque vel infimum relinque. Quod ſi impetravero, nihil ex omni felicitatis genere mihi defuturum unquam humilime & lætabundus ſperabo totusque confidam,

SERENITATIS TUÆ,

ſi quisquam alius,

Gieſſæ d. XXVI. Januar.
A. R. S. MDCCXIII.

ſubjectiſſimus & devinctiſſimus

Immanuel VVeberus.

PRÆFATIO PRIOR.

Lectori Salutem!

ANnus nunc labitur quintus, ex quo, sic exigente muneris mei ratione, *Illustrissimum Comitem Schvvartzburgicum Dn. GUNTHERUM*, post absolutam ferè humanioris literaturæ cyclopædiam ad Artis quoque Heraldicæ notitiam adducere mentem subibat. Eum in finem tunc variorum hac de re edita perlu-

ſtravi, neque tamen, quod vel diſcentis genio, vel inſtituto meo quadraret per omnia, reperire licuit ſatis idoneum, donec tandem Viri propter ſumma in orbem eruditum, in Eccleſiam vero & rem Chriſtianam incomparabilia plane merita, laudes meas longe ſupergreſſi Domini Speneri *Theoria Operis Heraldici* in lucem miſſa, manibus accederet. Iſtud enim opus uti cæterorum omnium tradita ad Heraclium lapidem, ὡς ἐν βασάνῳ examinat, & promiſcue ab aliis propoſita luculentiorem multo digerit in ordinem; ita quoque vel ideo ſolum Cl. Meneſtrierii, celeberrimi alias noſtro ſeculo in hiſce ſtudiis Viri, cuique plurimum ſe debere ipſemet Dn. Spenerus fatetur, libellis anteferendum videbatur, quod hic ſubinde magis ad patriæ morem, quam alter reſpiciens, Romana inſu-

per

per lingua, noſtro tùm temporis multo, quam qua Gallus uſus eſt, familiariore loqueretur. Neque tamen docendo paulo altius provectis etiam in hoc egregio Opere difficultates objecerunt ſe plane nullæ, prolixitas videlicet præceptorum, ab exemplis & tot Autorum teſtimoniis ſuborta, atque locorum nonnullorum abſtruſior, ut tum quidem adparebat, ſenſus, quæ, depellendo Illuſtriſſimi mei faſtidio, ſublata equidem optabam, ſed voto prorſus inani, niſi iisdem tollendis ipſemet admoverem manus. Inii igitur conſilium, retento Capitum ordine, (niſi quod quatuor ultima metatheſin aliquam poſtulare dicam, an admittere viderentur,) ex præceptis ea, quæ utrique noſtrum ſufficere poterant, ad modum perpetui examinis diſponere, qua ratione &

prolixitas in brevitatem, & obscuritas in planitiem resoluta, & concepta certo modulo verba haberentur, ad quæ in repetitione nonnunquam instituenda nostrum uterque oculos defigeret. Tali studio fœtus præsens non conceptus modo, sed & privatos intra parietes excluſus exoptato fructu tantum abest, ut nos destituerit, ut & aliorum, qui nostris Examinibus intervenêre, judicio dignus habitus fuerit, qui plurium bono typis publicis committeretur. Horum consilio quamvis aurem præbere iis potissimum ex causis diu abnuerim, partim, quod aliorum scripta in compendium redigere minus habeatur glorioſum, partim, quod interea, dum mea meditatus fueram, libellos italismodi Heraldicos non unos vel jam prodiisse, vel brevi prodi-

dituros comperieram ; nihilominus tamen, ubi erotematica methodo, ad docendum præ cæteris accommoda, & vel eo ſolum nomine uventuti inſigniter profutura, nihil ab aliis adhuc tentatum animadverti, permoveri me paſſus ſum, ut privato uſui deſtinata, & quæ impenſæ precium operæ jam exſolviſſe videri poterant, in publicum proreperent, poſteaquam, ceu par erat, a laudato Domino Spenero facti hujus licentiam absque difficultate impetraveram. Habes ita, *LECTOR*, & inſtituti & preli rationem laudibus ea propter ſi ullis haud mactandum me judicaveris, id quidem me nequidquam ringente liceat, quippe qui non famæ, ſed utilitati publicæ litare volui, modo non, viperæ ritu, niveo, quod ille ait, denticulo atrum venenum in-

nocuis auribus inſpiretur. Æqui honeſtorum conatuum cenſores favore ſuo vel exigua proſequi conſueverunt, quos non omnino mihi defore tanto certius perſuaſus ſum, quanto luculentius conſtat, probos ſaltim & cordatos Spenerianum Opus, ex quo mea hæc depromſi, non minus, quam cætera ejus omnia, jam dudum immortali laude digna judicaſſe. Cæteros, ſi qui fuerint, διαβολιῶν ὑποφάτιας ſic negligo, ut eorum indignationem ne teruncio, immo titivillitio, aut ſi quid his abjectius, redemerim. Fors aliqua non ad amuſim ſatis elaborata, quædam etiam a recto prorſus aberrantia irrepsêre, queis de humaniter monentibus tantum abeſt, ut iraſci velim, ut potius meliora docturo cuivis adſurgere ſim paratus, quippe qui hominem me eſſe, nec ſub

vate

vate loqui scio ; quin ea propter ipsum Dominum Spenerum his obtestor, ut, si qua forsitan ab ipsius mente aliena in chartis meis deprehenderit, iisdem ea facilitate impertiatur veniam, qua promtitudine culpam erronee dictorum in meos ego recipio humeros. Sic enim jubet justitia, efflagitat, quam VIR summus apud probos omnes, ipsam quoque extra Germaniam, jam dudum sibi comparavit, nominis Speneriani celebritas, ne aliena culpa labes ipsius scriptis atque dogmatibus adfricetur. Rogandus potius publice est, ut quæ adhuc in chartis premere dicitur, *Paralipomena Heraldica*, *familiarum Germaniæ Nobilium Insignia complectentia* vel ipse luci tradat, vel, si per gravissimas, quod ariolor, occupationes id eidem non licet, alteri cuipiam

id

id negotii imponat. Nec enim defore crediderim, qui operæ tam utili, tamque desideratæ ultimam limam lubenter sit impertiturus. Vale, *LECTOR*, & studiis meis, quantulacunque fuerint, ulterius fave. Scribebam Sondershusæ, die X. Maji M DC XC IV.

PRÆ-

PRÆFATIO NOVA.

LECTOR BENEVOLE!

VEl tribus verbis Te monere volo de iis, quæ in nova hac editione præstita mutataque fuerint. Primo *tollenda curavi menda, quibus editiones priores, nulla quidem mea, sed Typographorum, me procul absente, culpa tantopere scatuerunt, ut ipse aliquando sensum vix adsequi potuerim. Falsa igitur sustuli, maculas emendavi, & luxata suis locis restitui.* Deinde *breves Annotationes, ubi necesse vel utile id visum fuit, hinc & inde subjeci, ut, qui aliis subsidiis Heraldicis destituti, per has quodammodo sibi consulere queant.*

Ter-

Tertio *novum paradigma in* Insignibus Hasiacis *extribui, juxta Præcepta mei Examinis resolutis, unde pateat, simili ratione in analysi quorumcunque Digmatum posse procedi. Opella quidem levis est, sed tamen nec inutilem nec ingratam iis futuram spero, qui principia hujus Artis in Compendio addiscere voluerint, cum & priores Editiones, corruptæ licet admodum & depravatæ, non a Germanis tantum, sed & a Gallis quibusdam, testantibus eorum ad me literis, gratanter acceptæ fuerint. Vale & ulterius fave.*

J. N. J.



J. N. J.

PROLEGOMENA.

1. Ars Heraldica unde nomen habet?

AB Heraldis sive Fetialibus, de quibus in sequentibus mox plura.

2. Quomodo aliàs appellari solet?

Latinis, voce quamuis barbarâ, *ars armorialis*, ab armis seu insignibus. Item *scutaria* vel *tesseraria*, à scutis & tesseris scutorum. Aliis quoque *scientia Heroica*, ab heroicorum facinorum monumentis, scilicet Insignibus. Gallis *science du blason* (*), à Germanorum voce Blasen/ quia olim in ludis equestribus Equites decursuri ad stadium inflatu tubæ seu corniculi præsentiam suam significasse, & Heraldos ad examen insignium tali celeusmate provocas-

(*) *Science du blason*) Inde adhuc hodiè in Diplomatibus Cæsareis subinde vox Blaßnirung occurrit.

se feruntur. Germanis Heroldskunst / Wappenkunst.

3. Quomodo definitur?

Ars Heraldica est disciplina, quâ illa omnia, quæ ad Insignium construendorum & resolvendorum seu examinandorum notitiam, eorundemque Historiam, nec non usum & jura spectant, dilucidè proponuntur.

4. Quotnam ergò Tractatus huius disciplinæ constituis?

Tres, *unum Theoreticum*, qui Insignium artificiosè construendorum & juxta partes resolvendorum (quod Galli *composer* & *blasonner* seu *dechifrer*, nostri auffreissen und visiren vocant) notitiam in genere, *alterum Historicum*, qui Illustrium aliarumque conspicuarum familiarum emblemata, eorumque significatus in specie, & *tertium Practicum*, qui Insignium jura & usum multiplicem in vitâ communi tradit. Circa priorem nos hàc vice potissimùm occupati erimus, de posterioribus forsitan alibi.

5. Ut in obtutu habeam statim argumentum totius opellæ, quæso summa ejus Capita recenseas?

Omnia *novem Capitibus* comprehendam, quorum I. de Heraldis. II. de Insignium Definitione, Divisione & Origine. III. de Scuto, tanquam primario Insignium subjecto. IV. de Tincturis.

cturis. V. de Figuris tàm Honorabilibus, quàm Vulgaribus. VI. de Scutorum discerniculis. VII. de Insignibus æquivocis seu loquentibus. VIII. Galea & ejusdem Ornamentis. IX. de Scuto adjacentibus, quâ fieri potest, brevitate agetur; & *Appendicis* loco Praxis harum Regularum in analysi Insignium Hassiacorum & Schvvarzburgicorum subjicietur. Esto igitur B. C. D.

CAPUT PRIMUM

DE

HERALDIS seu FECIALIBUS.

1. Dictum fuit Artem Heraldicam ab Heraldis ita vocari. Quinam ergò sunt Heraldi?

HEraldorum nomen sine dubio Germanicum est, & è duabus voculis heer & alt/ quasi *senem in armis* vel *veteranum militem* dixeris, exstructum videtur. Gall. *des Herauts*, Germ. Heerolde/ corruptè Ehrenholde. Agrippa, *de Van. Scient. cap. 81. p. m. 426.*

2. Quæ verò hujus appellationis ratio?

Olim Veteranis & ad grave Martis opus manu tractandum inidoneis militibus, Germani Francique eum honorem detulerunt, ut indicendis bellis, pangendis foederibus, pacis conditio-

nibus publicandis, aliisque belli & pacis negotiis expediendis, fide publicâ adhiberentur. Et isti erant Heraldi.

3. Adeò eiusdem ferè conditionis fuisse videntur, cujus erant Feciales Romanorum?

Ita est. Quamvis enim aliqua eorum sit disparitas, cum primis ratione Generis, cujus in Fetialibus suis (quorum Princeps dictus *Pater patratus* (*)) quàm maximè rationem habuere Romani, nec ferè nisi Nobilem huic muneri præfecerunt, in eò tamen conveniunt, quod Heraldi apud Gallos & Germanos, æque ac Fetiales apud Romanos, belli pacisque negotia tanquam Ministri publici, inviolabilitatis clypeo præmuniti expediverint.

4. Sed quomodo differunt à Caduceatoribus Romanorum?

Caduceatores non indifferenter ad omnia jam memorata negotia, sed tantùm pacis causa adhibiti, cujus insigne, quô illi ornati veniebant, erat Caduceum, seu Mercurii sceptrum, duobus anguibus circumdatum, *bâton de heraut*, der Friedens-Scepter/oder Herolds-Stab.

5. Num.

(*) *Pater Patratus*) Ita dictus, quod ad Jusjurandum patrandum maximè in fœderibus adhibebatur. Alii *Patratum* volunt dictum, quasi *perfecturus*. Rosinus *Antiquitat. L. III. c. 21. L. X. c. 1.*

5. Num quoque cum Græcorum Præconibus seu Cerycibus Heraldi conveniunt?

Utique, sicut enim nos à Romanis Heraldos, ita Romani à Græcis Fetialium munus & instituta acceperunt, quorum Præcones iisdem negotiis præficiebatur, tanto tamen in honore habiti, ut *Jovis Hominumque Angelos* eos salutare non dubitaverint (*).

6. Ut ad rem deveniamus; Ecquid Heraldis negotii cum insignibus?

Antiquis temporibus, maximè in Galliâ, gravissimæ eorum circa insignia fuerunt occupationes. Non solùm enim iis, quibus ab Imperio summo decreta, eadem detulisse, dein custodivisse, sed &, si qua super iisdem controversia nata, jus dixisse, & sub auspicia Equiriorum eadem examinasse perhibentur. Eam Heraldorum antoritatem Carolus M. quoque in Germaniâ stabilivit, iisque moribus aliquamdiu stetisse sequentes Imperatores negari non potest; sed cum

(*) *Jovis hominumque Angelos*) Ita Homerus, Iliad. α.

Χαίρετε Κήρυκες Διὸς ἄγγελοι ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν,

Cum his non sunt confundendi Græcis dicti ἀσυβωτάι, qui homines infimæ sortis scurræ plerumque erant, & in publicandis rebus quibuscunque adhibebantur, gemeine Ausrufer. Vid. Casaubon. ad *Theophrasti Characteres. p. 185.*

tempore ea dignitas & circa arma potestas in tantùm imminuta est, ut non nisi in equestribus ludis aliqua, quæ in lustratione armorum, & sortitione Galearum ferè consistebant, expedienda ipsis relinquerentur, teste Lymnæo, *J. P. VI. s. 122.*

7. Num verò in cæteris adhuc eâ, quâ olim pollent autoritate?

Neutiquam, sed ab antiquis moribus multùm imprimis Germania nostra discessit, postquam per Legatos & Officiorum, ut vocant, Magistros plurima eorum, quæ quondam felicialibus commissa, expediendi consvetudo invaluluit, & equiriorum celebratio ferè tota intercidit. *Primò* igitur Heraldi non ex veteranis militibus, nec Nobili genere natis leguntnr, sed in quoscunque, cætera dignos & ingenuos, Imperator id muneris confert. *Secundò* quamvis eorum officia belli pariter & pacis tempore adhuc frequententur, vix tamen umbram pristinæ existimationis autoritatisque referunt.

8. Exactius paulò scire velim, in quibus hodiè in Imperio nostro eorum & dignitas & officia consistant?

Hodiè PRIMUM in tot ordines Cæsaris Aula eos non distinguit, ut olim. Siquidem nec *Armorum Reges* (*) seu *Judices*, Wappen-Kö-

ni-

(*) *Armorum Reges*) Efficit usus, vocabulorum tyrannus, ut & iis, qui humilioribus functi mun-

nige und Richter/ nec *Prosequentes*, Persevanten/ Kündiger der Wappen/ Nachfolger der Wappen/ qui illorum discipulos seu Adjunctos agebant; neque vulgò sic dicti *Ministri* aut famuli, Ehren-Knechte oder Gesellschaffts-Knechte audiuntur; sed omnes communi Fecialium vel Heraldorum nomine veniunt. SECUNDÒ amplitudo muneris & auctoritatis ad magnas angustias, si cum antiquô statu comparetur, redacta est, adeò ut, quamvis in aulâ Cæsarea juxta numerum Regnorum, quæpotentissimus Imperator possidet & administrat, totidem quoque Heraldi alantur, qui Aulæ Præfecto subsunt, ipsi tamen non nisi solennitatibus aulicis, nuptialibus, funebribus, item publicandis belli declarationibus, & banni sententiis insinuandis adhibeantur, quo quidem tempore peculiari habitu, seu amiculo (Gall. *la cotte d' armes*) in dem Herolds- oder Wappen-Rocke apparent, quod utrinque, antè scilicet & retrò, Regni istius, cujus nomine agitur,

ribus, Regis nomen aliquando imponeretur. Ita apud Franco-Gallos *Roy* olim denotavit *visitatorem* vel quemcunque *præpositum*, Ex. gr. *Roy de Merciers*, iis præponebatur, qui rem venalem in Aula exercebant, dictus postea *visiteur*. Sic antiquitus erat *Roy de ribaudes*, qui Aulam lustrabat, & purgabat à latronibus, insidiatoribus & fece populi, mutatus demum à Carolo IV. in *Prevot d' Hotel*. Heinr. Spelman. *Glossar.* voce *Heraldus p. 283.*

insignia repræsentat. Pergamus ad Objectum Artis Heraldicæ quod sunt Insignia.

CAPUT SECUNDUM.
DE
INSIGNIUM DEFINITIONE, DIVISIONE ET ORIGINE.

1. Unde Insignia ita dicuntur?

INsignia à *signando*, vel ab *insigniendo* potius, nomen sortiri palàm est, & quemadmodum ea vox apud Romanos Scriptores non rarò pro signo quovis vel symbolo certam aliquam rem indigitante usurpatur; ita in specie quoque armis familiarum gentilitiis data fuit, quia talibus plerumque res togâ sagôque benè gestæ significantur.

2. Quomodo alias appellantur?

Arma (*) Latinis, idque eò, quod vel primitùs scutis atque armis militum inscripta, vel quia ab initio, ceu virtutis bellicæ, præmia, armatis tantùm data; vel etiam, quod plerumque ex armorum figuris olim composita. Similiter se res habet cum Germanorum voce, Wap-

(*) *Arma*) Per Metonymiam Subjecti pro Adjuncto; uti scripta doctorum *Libros* adpellamus, ideò, quod olim libris, denen Baum-Rinden/ inscribebatur, similiter adhuc hodiê scripturas quasdam *tabulas* nominari moris est.

Wappen / ortâ ex Waffen / cujus denominationis ratio est eadem. Aliàs etiam *tesseræ symbolicæ*, *icones tesserariæ*, *symbola vel axiomata scutaria*, *digmata*, Germanicè Schild und Helm; Gallicè *armes*, *armoiries*, *blasons* vocantur.

3. Sic igitur omnia Insignia huc non spectant, neque ejusdem omnia sunt generis?

Non, sed variis ea vox *æquivocationibus* subsstat, quas erroris evitandi gratiâ, antè, quàm ad definitionem accedatur, delibabimus. Exulent igitur hîc illa *signa communia*, partim *hieratica*, queis olim Dii (*) ac Musæ, sacerdotes & res sacræ indigitabantur; partim *profana* civilia (**) hodienùm quidem frequentia, tùm certi alicujus negotii, qualia sunt v. gr. *belli*, hasta & comlumna bellica, *deditionis* herbæ porrectio; *victoriæ* trophæa, palmæ, *Pacis* ramus oleæ, *Nuptiarum* myrtus, annulus, *Mortis* cupressus &c. tùm certi alicujus loci, v. gr. *tres serpentes* Asiæ, *Elephantus* Africæ, *cuniculus* Hispaniæ &c. Exulent etiam illa signa *arbitraria*, ad modum symboli in personæ vel negotii cujusdam gratiam usurpata, ut sunt

(*) *Dii*) v. gr. per *Caduceum* Mercurius, per *Tridentem* Neptunus, per *Lyram* Apollo &c.

(**) *Civilia*) Ut olim *fasces* signa potestatis Consularis apud Romanos.

obsequii Papalis notæ *rosa aurea*, *crux aurea*, *claves de sepulchro Petri*, &c. Item Symbola affectuum aliquem & animi studium exprimentia, imò omnia, quæ vel à superstitione, vel Pictorum & Poëtarum ingeniis & lusu ortum trahunt, nec in familiis continuantur. Hæc & similia ad præsens institutum non facientia, & signorum potius, quàm Insignium nomen merentia suô locô relinquimus, ad Insignia huc spectantia propius accessuri.

4. Quæ sunt illa propriè dicta Insignia?

Id optimè cognosci poterit, ubi de *Causis* eorum primò pauca quædam adduxero. Pauca, inquam, & quæ in antecessum scire satis est, quum plenior *Efficientis* & *Finis* cognitio ad Tractatum Practicum spectet; de *Materiâ* verò & *Formâ* Insignium totô hoc opere nobis sit agendum.

5. Quæ est ergo *Causa Efficiens* Insignium?

Publicorum in Imperio nostro est fons omnium dignitatum Imperator, qui ea vel immediatè, vel mediatè per alios eô jure ex Ipsius gratiâ gaudentes, plerumque per Comites Palatinos (*) tribuit. Privatorum sumendorum ex con-

(*) *Per Comites Palatinos*) Habent tamen & illi modum ex diplomatibus. Ita in specie solet pro-

consensu summi Principis tacitô quilibet, certô tamen modô, habet licentiam.

6. Quis est *Finis?*

Communiter petuntur & dantur, ut sint dignitatis tecmiria, præclarorum facinorum præmia, gentisque & familiarium criteria. De specialioribus usibus nunc nihil attingam.

7. Quæ *Materiâ?*

Materiâ *ex quâ* constant, sunt Tincturæ & Figuræ; (*) Materia vero *in quâ* communiter exhibentur, sive Subjectum Insignium est Scutum, quod in armis, vexillis, vestibus, utensilibus, lignis, metallis, chartis, membranis, ceris ad lubitum cujusvis imprimitur, depingitur, insculpitur.

8. Quæ-

---

hiberi, ne Imperii vel Austriaca Insignia alicui concedant; Doch soll er / Comes Palatinus, ein fleißiges Auffsehen haben / daß er den Käyserlichen oder Königlichen Adler / noch der Käyserlichen Erb-Königreiche / Fürstenthum und Landen / auch Unser und anderer Fürsten / Grafen oder Freyherrn / auch des Heiligen Römischen Reichs von Adel / alt erblich Wappen oder Kleinoden niemand / wer der auch wäre / offene Adeliche Helm / Käyser- oder Königliche Crohnen auf den Helm verleyhe / welches wir uns ausdrücklich vorbehalten haben.

(*) *Materia sunt Tinctura & Figuri*) Dari tamen aliquando etiam Scuta pura, monebitur infra. *Cap. V. quæst. 4.*

8. Quænam tandem Insignium *Forma* est?

Externa sunt variæ Tincturarum & Figuradispositiones & discrimina, quò etiam Scuti multiplex structura pertinet. *Interna* vero vis Figurarum & Tincturarum significativa, quarum interpretatio magnam partem ex autoris mente & Insignium scopo petenda.

9. Ex his facilè *Definitio* poterit construi. Quid ergò sunt Insignia?

Alii aliter; nos ita definiemus. Insignia sunt tesseræ, seu signa honorum symbolica, sub involucro variarum Tincturarum atque Figurarum ex summi Principis voluntate certis personis aut familiis, Communitatibusque quoddam Jus aut ornamentum, vel etiam criterium elargientia.

10. Quoduplicia sunt, & quomodo discernuntur?

Generali distinctione sic optimè discerni posse videntur, quod alia sint Dignitatis, *de dignitè*; alia Dominii, *de domaine*; alia Communitatis *de Communautè*, aliâ Familiæ, *de Famille*, quamvis eorum plura sæpius in uno scuto conjungantur.

11. Quæ vocas Insignia *dignitatis?*

Quæ certæ personæ intuitu certi cujusdam muneris vel dignitatis dantur, Wappen sonderbahrer Würde. Et possunt rursus distingvi in

Eccle-

Ecclesiastica, ut sunt Pontificum, corona triplex, cum clavibus; Cardinalium, galeus purpureus, Patriarcharum pallium, crux &c, Episcoporum pedum pastorale; Abbatum infulæ, baculus &c. Et *Politica*, huc quippe potissimum facientia, qualia sunt Imperatoris aquila biceps, Electorum v. gr. Saxonis enses, Brandenburgici sceptrum &c. Ut ducalia & alia missam faciam; quamvis postquam officia certis terris annexa, per Insignia dignitatum hæ quoque secundariô connotentur.

12. Quænam sunt *Domanii?*

Quæ intuiru terræ cujusdam, regni, Principatus, Comitatus, Dynastiæ, geruntur, & quidem talium per ea vel possessionem significando, wahre Herrschaffts- oder Lehen-Wappen; vel prætensi in iisdem Dominii Jura reservando, Prætensions- oder Anspruchs Wappen; vel etiam rei dudum amissæ solam memoriam custodiendo, leere Gedächtniß-Wappen. Ut enim hodiè pleraque Insignium Illustrium ex ejusmodi constant Digmatibus; ita sanè in multis tesseræ antiquarum possessionum sunt signa nihil significantia, & quæ Domanii primùm fuerant notæ, cum tempore in mera familiarum ornamenta abierunt.

13. Quæ *Communitatis?*

Quibus Communitas, v. gr. Civitates, Academiæ, Ordines, Monasteria aliaque Artificum & Opificum Collegia utuntur. Gemeinden Wappen.

14. Quæ-

14. Quænam denique *Familiæ?*

Quæ Familiis citra dictos respectus variis ex causis, præcipuè verò ad denotandam discernandamq; ab aliis gentem tribuuntur, Geschlechts-Wappen.

15. Nullane alia Insignium distinctio supereſt?

Utique plures dantur, sed quæ partim ad classium recensitarum unam alteramve reduci possunt, vid. Höping *de Jur. Insign. c. 2. §. 10. n. 990.* partim à modis tantum & accidentalibus aut externis causis desumuntur, quô respectu ratione temporis alia sunt nova, alia antiqua; ratione compositionis alia simplicia, quæ unâ, alia composita, quæ pluribus areis constant; ratione Efficientis alia publica, alia privata &c.

16. Vidi hactenus distinctionem Insignium ratione *Specierum*; scire etiam velim, quomodo ratione *partium* discernantur?

Insignia quatenus pro toto complexu materiæ, subjecti & omnium huc pertinentium accipiuntur, constant partibus *Essentialibus*, aus wesentlichen Theilen / sine quibus nulla prorsus dari possunt, Materiâ scilicet & Formâ, de quibus jam suprà *quæst. 7. 8. huj. Cap.* Et *integralibus*, die zu einem vollständigen Wappen ge-

gehören/ quæ ad integritatem quidem Insignium faciunt, non tamen in omnibus omnes deprehenduntur, adeoque in hisce quædam sunt *principales*, quædam *minus principales*.

17. Quænam sunt Partes integrales *principales?*

Scutum (*) & Galea (**), quæ etiam Subjecta Insignium, illud scilicet primarium, hæc secundarium dici possunt. Earum si qua deest, imperfectio, quoad integritatem, quibusvis Insignibus nascitur.

18. Quæ *minus Principales?*

Ornamenta Galeæ, v. gr. Coronæ, Apices & Tegumenta Cassidis (***), nec non Telamones & alia adjacentia (****), quæ tantùm ratione istorum Insignium, quibus competunt, minus principales integrales voco, quum aliàs absolutè considerata inter partes integrantes Insignium in genere referri planè non mereantur, sed prorsus accidentales sint, nec earum absentia imperfectionem ullum arguat.

10. Aveo

(*) *Scutum* de quo *seq. Cap. III.*

(**) *Galea*) *Cap. IIX.*

(***) *Capit. IIX. quæst. 8. seq.*

(****) *Talamones & alia adjiacentur*) Vid. de his seq. *Cap. IX.*

19. Aveo nunc quoque de Insignium *Origine*, quid sentias audire?

Vastus hîc opinionum Oceanus (*), cui tamen nos committere nolumus. In obtutu habenti definitionem modò traditam constabit, nos non de quibuscunq; signis notisvè hominum aut familiarum, neq; de symbolis rerum sacrarum & Religionis causa adhibitis, qualia sunt v. gr. Judæorum, aliarumq; Gentium hieroglyphica, loqui, sed curæ nobis esse potisimùm Insignia civilia, personis, communitatibus & familiis honorum discriminumque causâ à Principe vel Principis consensu concessa.

20. Quid igitur de talium *Origine* videtur?

Quamvis à primâ mundi Origine etiam propter usus Politicos certa quædam signa homines adhibuisse vero sit simile, non dubitarim tamen, quoad originem *remotissimam*, iis (**) cal-

(*) *Vastus opinionem Oceanus*) Intricatum reddunt Insignium originem (1.) figmenta Monachorum & Heraldorum, qui sine fundamento Clypeos antiquis attribuerunt. (2.) Multiplices eæque insigniores populorum Expeditiones bellicæ, quarum singulis Autores pro suo judicio & arbitrio originem adscribunt.

(*) *Iis*) In quibus est Menestrier *Abbregé des Principes Heraldieques, pag. 19. Les hieroglyphes des Ægyptiens ont eté les premiers modeles des divises.*

culum adjicere, qui ab Ægyptiis (quippè tantùm non omnia hyeroglyphicorum & imaginum involucro tegentibus) præcipuè modum Familias per colores figurasque discernendi frequentatum, ab iisque denique successivè ad gentes alias, Græcos, Romanos, Germanos, Gallos translatum autumant.

21. Quodnam habes adsertionis hujus fundamentum?

Ad id credendum inducor *primò* nimiâ illâ, ut jam dixi, in omnibus negotiis receptâ apud ipsos characterum & imaginum symbolicarum frequentiâ, quâ parem nunquam aliam habuere gentem. *Secundò* quia Diodor. Siculus, *Bibliotb. L. 1. p. 54.* expresse refert, *Ægyptios ob confusionem sæpè à vicinis victos excogitasse, ut signa cohortibus præferrentur, atq; animalium imagines sauritiis sive hastis affixas Ducibus gestandas commisisse.*

21. Sed quid indè pro insignium origine infers?

In hoc omnes conveniunt, quod mos attribuendi certa Insigniâ ex militiâ cœperit, iisque primùm ea data heroibus, qui de Republica benè fuerant meriti, & plerumque quidem illa ipsa, quæ vexillis, sub quibus certatum, inscripta. De talium verò vexillorum usu quum antè Ægyptios non constet, indè nulli etiam rectius, quàm huic genti Insignium Origo concedi posse videtur.

23. Quamvis hoc admittam, neutiquam tamen evinces, Insignia Ægyptiorum ad morem hodiernum culta & exornata fuisse?

Id quidem rectè. Nam uti rebus omnibus successu temporum cultura accedit, ita quoque multa demùm post secula eô nitore, quô hodie gaudent, arma comparuisse quis inficiabitur? Ut alia taceam, apud veteres tùm Græcos (*), tùm Romanos (**), ad quos originem *remotam* referimus, *Figurarum Honorabilium* (***) vel nulla vel exigua ratio. Picturæ animalium vel rerum aliarum naturalium utramque paginam faciebant, non observatâ colorum, imaginum vel arearum certâ lege, situ & distinctione. Henr. Spelman. *Aspiol. p. 25.* Welser. *L. 4. rer. August. Vindel. p. 250.* Græci

(*) *Græcos*) Alexandrum M. strenuis militibus certa Insignia concessisse, & quidem juxta Præcepta Aristotelis communis antiquiorum fabula est, de quâ vid. Chassanæum, *Catal. glor. mundi. P. I. p. 10. b.*

(**) *Romanos*) Erant Romanis utique sua *signa* militaria. Olim *fœni-manipuli*, dein alia, v. gr. *Dracones*, *Aquilæ* &c. non tamen erant Insignia juxta artis regulas composita. Nec de fuere *Scutis imagines*, sed *arbitrariæ*. Bilder / nicht Wappen. Nobilitatem arguebant *imagines majorum*, an statt der Ahnen / quas in atriis & funeribu per seriem edere sveverunt.

(***) *Figurarum Honorabilium*) De quibus infrà *Cap. V. qu. 18. seq.*

Græci tamen, dum scuta istius Planetæ colore exornarunt, cujus Deum sibi Patronum sumserant, tincturarum discrimina quodammodo attendisse, si non omninò invexisse videntur. Dn. Spener. *Art. Her. p. 1. c. 2. §. 40.*

24. Sed quis tandem usum & modum modernorum Insignium apud Germanos introduxit?

Tacito quidem teste (*) Germani, quoad *propiorem* Originem, jam Cæsaris Domitiani ævo *lectissimis coloribus scuta* sua distinxerunt. *Mor. Germ. c. 6.* sed de his idem sentiendum, quod de Græcis & Romanis modò asseruimus; scilicet illa veterum Germanorum militaria signa simplicia tantùm fortitudinis symbola & quasi proplasmata modernorum Insignium è coloribus, lineis, rarò imaginibus, præcipuè animalium simulacris constantia fuisse, Ingenuè autem illi, qui Insignia, prout nunc sunt, & quoad Originem *proximam*, non semel & simul cœpisse, sed, quæ consvetudinum ratio esse solet, insensibili quasi introductione per usum posteriorum temporum confirmata, autoritatem acquisivisse autumant. Et quamvis non displiceat judicium Spelmanni, *l. c. p. 34.* qui

(*) *Germani*) Ex his colligimus quia hoc tanquam singulare quid & novum in Germanis miratur Tacitus, quod tum temporis eum morem Romani ignorarunt.

à Caroli M. temporibus occasione bellorum Saracenicorum, ut essent discernicula tot populorum & copiarum, invaluisse statuit; Alii tamen ab Henrico Aucupe, Seculo X. unà cum ludis equestribus apud Germanos introducta potius credunt; quæ sententiarum divortia conciliaturus Welserus *l. d. Insignium*, inquit, *Leges Carolum M. non prævertere, à quo primùm adumbratæ, sub Henrico Aucupe & posteris perpolitæ fuerint.* Verisimillima tamen, & plerisque eruditorum comprobata videtur eorum sententia, qui demum temporibus expeditionum Christianarum adversus infideles, inprimis à Duce Godofr. Bullioneo A. MXCIX. nec non Imperatore Friderico Barbarossâ A. MCXC. susceptarum, non solùm usum Insignium constantem in Familiis increbuisse, sed & Artem Heraldicam ad certam præceptorum normam fuisse excultam referunt. Quibus dein gradibus atque successibus iste ritus à Germanis ad alias gentes transiverit, optimè monstrat Menestrier *Abbreg. p.* 4.

25. Igitur Nobiles & Illustres ante ea tempora planè non habuerunt sua certa Insignia?

Habuere quidem, non tamen hæreditaria (*) aut

(*) *Non tamen hæreditaria*) Non nisi rarissimè factum, ut apud Græcos & Romanos signa quædam avita in Familiis continuarentur. Quorum

aut perpetua, sed arbitraria ferè, quæ & servis Domini gestanda tribuerunt, & toties, quoties ipsis volupe visum, mutarunt; imò nec liberi Paternis semper, nec fratres iisdem usi tanquam Familiæ propriis. Quum enim ante annum millesimum Familiæ sibi Cognomina gentilitia à Feudis non adsciverint, siquidem eô demùm tempore Patrimoniis eadem annumerari cœperunt, in quod eruditi unanimi suffragiô consentiunt, indè facilè liquet, armorum usum hæreditarium cum Cognominibus eandem in Familiis habuisse genituram.

CAPUT TERTIUM,

DE

SCUTO,

Tanquam primario Insignium Subjecto.

1. Quomodo differunt Scutum, Clypeus, Parma, Pelta, Ancile, Cetra, Gerra?

SCUTA omnis generis ex Viminibus primùm vel nervis in modum cratium texta, dein ex ligno & arborum corticibus facta, temporis successu coriô tecta, tandem coriacea tota, nisi quod ferre in margine, contra ictûs ensi-

exempla collegit Spenerus, *Theoria Insign. P. I. c. 2. p. 47.* Sed factum id dicere posses ex singulari reverentia erga Majores, non ex more Gentis universali.

um, munirentur, quin & denique ex variis metallis constructa. In specie sic dicta, & reliquis contradistincta oblonga fuerunt, apud Romanos longitudine quatuor pedum, & formæ vel ovatæ vel imbricatæ (*), cujus utriusque exemplum exhibet Lipsius, *De milit. Rom. L. 3. Dial. 2.* Apud Germanos (quorum tamen populis quibusdam, Rugiis scilicet & Lemoviis *rotunda* Tacitus adsignat, *d. l. c. 43.*) & Gallos ferè ad staturam militis, modò planæ, modò imbricatæ formæ, triangularia, quadrangularia, rarius octangulata, & quùm peditibus, tùm equitibus data. Græcè Scutum θυρεός, Germ. Schild oder Tartschen/ antiquè Hurten Gall. *ecu* (**), *ecusson*, *targe*, *bouclier*.

CLYPEUS, Græc. ἀσπὶς, formâ rotundâ (unde quoque *Discus* vocatur) & in justum orbem relatâ. Summum ejus, ut & scuti, quod in medio protuberans plerumque ferreum fuit, ad sustinendos, ceu Polybius prodit, lapidum &

(*) *Imbricatæ*) Quia pars eorum interior concava fuit, ad modum imbrices.

(**) *Ecu*) Unde ecuyér, quasi dicas *Scutarius* seu *miles*. Porrò etiam nobilem significat, & factum est Synonymum Latini *Eques*, quia Nobilitas & Scuta originem ex bello habent. Hinc descendit apud Gallos, *Ecuyage*, i. e. *Vasselage d' Ecuyér*, Equestris operæ clientelare munus, Ritterdienst/ so ein Vasall dem Lehn-Herrn im Kriege zu liefern schuldig ist. *Terre pár ecuyage*, ein Lehn-Gut/ so solcher Pflicht unterworffen.

& sariſſarum ictus, imò etiam, quod Lipſius addit *l. c. p. 73.* ad avertendos hoſtium inſultus, *umbo* dicitur, das mitlere am Schild / ſo erhaben. Cum primis celebres erant Clypei Argolici, & ſoli ferè pedites nobiliores apud Romanos eô armorum genere utebantur. Huic non admodum diſſimilis fuit *PARMA*, itidem rotunda, ſed clypeo minor, diametro trium pedum conſtans, quâ equites frequentius quàm pedites uſi. *PELTA*, parmâ minor, diametro octo palmarum ſeu bipediali, absque umbone, multis populis, Thracibus, Macedonibus, Amazonibus, aliisque uſitata, ſed non ejusdem ubique figuræ; ſiquidem Thracia lateribus arctioribus, ancilium inſtar, Macedonia hederæ ſimilis, Amazonica lunata, i. e. lunæ creſcentis imaginem, vel duplicem ſemilunæ figuram referens. Plinius, *H. N. L. 12. c. 5.* cum folio ficûs Indicæ comparat. Demſter. *ad Roſin. l. 10. c. 10. p. 1028.* Peltæ reſpondit ferè per per omnia *CETRA*, toto tamen lorea, ſine ligno, cui figuram rhombi tribuit Alex. ab Alexandro, *Genial. L. 6. c. 22.* Mauris & Hiſpanis frequentiſſima. Denique *ANCILE* fuit ſcuti genus brevius, ex ære confectum, formæ plerumque ovalis, dictum quaſi *anciſum*, i. e. circumcumcirca acciſum, ausgekerbet / Ovid. *Faſtor. 3. v. 376.* De ancili cælitus delapſo vide Dion. Halicarnaſſ. *Antiq. Roman. L. 2. c. 8.* Figuram exhibet Gutherus, *L. 1. De*

Jure Pontif. c. 11. Restat *GERRA*, scutum propriè Persicum, sed improbum, quippè ex viminibus confectum, cujus figuram Strabo rhomboidem, Ammianus verò oblongam & curvam exprimit. Similibus Macedones, inde Galli & Germani usi, antequam de melioris, materiæ adhibitione cogitatum.

2. Hæc quidem de antiquioribus. Sed quid ratione Scutorum juxta Mores hodiernos observandum?

Ut distinctè procedamus, ordine aliqua tùm de *Figura*, tùm de *Situ*, tùm de *Divisione*, & denique de *Modo* plura Scuta *jungendi* annotabimus.

3. Quânam potissimùm *FIGURA* apud nos conficiuntur?

Omnia ferè quadrata sunt, nisi quod inferius rotunda in cuspidem desinunt. Gall. *arrondies en bas, avec une petite pointe*; vel *pointe par le bas*. Vide *Fig. 1.* Non rarò apud nos variè inflexis & quasi tornatis marginibus, id quod unicuique liberum, quum ornatus tantùm gratiâ fiat. *Fig. 2.*

4. Quomodo ergo differunt ab Angelorum, Gallorum & Hispanorum Scutis?

Omnes hi itidem Clypeos ferè quadratos amant, hoc tamen cum discrimine, quod Angli-

glicana & Gallica itidem infrà cuſpidata ſint, Hiſpanica plerumque ſine cuſpide appareant.

5. Quidnam cenſent alii de marginali illo & Toreumatico ornatu?

Perſvaſum ſibi quidam exteri habent, talia ſcuta, quæ Galli *cartouches* appellant, togatæ ſolùm nobilitatis eſſe, & referre coria animalium, quibus Principes privilegia Magiſtratuum ſimiliaque inſcripſerint. Meneſtrier *Veritabl. art. du blaſon, c. 6. p. 59.* Phil. Campanile, *dell' armi, c. 4. p. 10.*

6. Etne hæc ſententia toleranda?

Utrum id de Gallis verum ſit, ipſi videant; certè in Germaniâ præcipuæ Nobilitatis Familiæ, Heroesque graviſſimi ſua digmata Scutis ita fabrefactis inſcribunt. Quin potius, ſi quid ex beſtiarum exuviis referunt, id ex bello originem trahere dixerim, quùm Veteres Marte inclytos noſtros anteceſſores ſe ſuaque ſcuta hirſutis animalium pellibus induiſſe hiſtoriæ loquantur. Italum Itali refutent Principes, qui clypeis noſtro more flexis non rarò delectantur.

7. Undè verò enata eſt figura Clypeorum noſtrorum moderna?

Enatam eam putant ex triangulari, quippe quam ſolum ferè apud nos ſuperioribus ſeculis in uſu fuiſſe ſigilla & antiqua alia monumenta

satis abundè loquuntur. De Gothis idem probat Menestrierius, *l' art du blas. justif. c. 8. p. 182. & c. 10. p. 242.* quam ideò, quod non solùm SS. Trinitatis hieroglyphicon sit, sed & humani cordis formam habeat, cæteris à pictorum & sculptorum, periergiâ introductis præferri volunt Moreau, *des armes de Franc. c. 4. p. 169.* & Varennes, *Roy d' armes p. 1. p. 74.*

8. *Ovalia* Scuta nùm planè in desvetudinem abiere?

Apud Italos ferè solos, & præcipuè apud Ecclesiasticas personas adhuc in usu sunt, & id quidem, ut videtur, in memoriam antiquorum Romanorum. Gallis hæc Figura *ovale* audit. Scuta ad eum modum formata *rondelles* vocari perhibet Chassanæ. *Catalog. glor. mundi p. 27. b.* Germanis, ein Oval-Schild. Iis propè accedunt *rhombi*, simodò anguli præscindantur.

9. Quæ sunt scuta *rhombata?*

Ad modum rhombi vel duplicis trianguli formata, quod Galli *lozanges*, *lausangios*, & *des ecûs en lozange*, arma lausangiata, Germ. Rauten-Form appellant, latera habent obtusangula, supra verò & infra in acutos angulos exeuntia inferiori insistunt. Et quia formam pulvilli muliebris (eines Nehküssens) repræsentant, fœminis eam convenientissimam putant, siquidem & cumprimis Gallicæ, rarius Ger-

Germanæ (*), iis utuntur. *Figur. 3.*

10. Quid de *quadratâ* formâ Scutorum habes?

Non nisi unum Amadei viridis Com. Sabaudiæ hac forma se vidisse refert Dn. Spener. *A H. p. 1 c. 3. p. 88.* Apud nos plane ignorantur. Galli vocant *quarré*, it. *en banniere*, in vexillo, & sua digmata quadratis ejusmodi vexillis inscribere præcipuæ tantùm nobilitatis viris (qui inde *Seigneurs bannerets* quasi *vexillares Nobiles* dicti, Pannier-Herren) antiquitùs apud Gallos licuisse, reliquis verò, qui differentiæ caussâ *ecuyers* nominati, nonnisi Scuta communia concessa propugnat pluribus Phil. Monetus ap. Spener. *d. l. p. 87. seq.*

11. Audivi de Figura, sed quid de *SITU* Scutorum observasti?

Pleraque stant hodiè erecta, & si qua versus dextram (**) inclinata, situ priscis usitatiore,

(*) Quare falsus est Campanile, qui hanc regulam â Germanis exactè observari tradit, ut, si in eodem monumento Insignia Mariti & Uxoris repræsentanda sunt, hæc semper in rhombo veniant; apud Spener. *l. c. p. 86.* Reclamat enim experientia.

(**) *Versus dextram*) Quod si versus siniſtram vergentia aliqua reperi antur, id Domûs ruinam minitantis judicium esse nonnulli credunt; Sed ratione prorsus destituti. Neque enim ipsæ Domûs tali situ hac de causa Scuti referent, neque aliis absque injuriæ vel contumeliæ nota id facere liceret. Vid. Spener. *l. c. p. 89.*

re, reperiuntur, quæ Galli *ecûs couchés*, liegende oder gelehnte Schilde vocant, usui præliari, cum Campanil. *c. 13. p. 18.* id originem debere crediderim, siquidem siniſtro brachio appensa, hoſtiumque ictibus objecta talem ferè ſitum exigunt. In anteceſſum verò hîc obiter notandum, dextrum in ſcuto latus id dici, non quod eô ſitu, quô ante oculus eſt, ad dextram vergit, ſed quod ſcuti interiori ſuperficie ad geſtantis corpus adplicatâ verſus eam manum porrigitur, ex quo ſitus planè contrarius evadit. *Fig. 4.*

12. Ad *DIVISIONEM* pergemus. Eſtne ſectionis iſte modus, quô hodie adparent,

Scutus coævus?

Ut ſimplicitas in omnibus antiquitatis nota haut dubia eſt; ita ſimpliciſſima quoque olim fuiſſe Scuta, nec variis diſtincta ſymbolis & imaginibus, ſed ſæpe ſolô metallô vel colore referta, conſentientes credo habebimus omnes. Poſtquam autem deinceps ex multitudine ſplendorem res ſumere cœperunt, & ita quoque cum Inſignibus actum, quò commodum ſingula ſymbola ſortirentur locum, de Scutorum in diverſas partes ſectione cogitatum eſt.

13. Quotuplex eſt illa Sectio?

Duplex, nimirum vel *abſoluta*, vel *reſpectiva*; de qua quæſtione 27.

14. Quot

14. Quod modis igitur fit Sectio absoluta?

Tribus potſſimum, videlicet perpendiculariter, langwärts / nach der läng / horizontaliter, queer / oder überzwerg / & diagonaliter, ſchräge / nach der Schräg / & quidem porrò, ſi ſectionis numerum ſpectes, ſectione vel ſingulari ſeu ſimplici (ratione ſcilicet lineæ, quùm reſpectu partium emergentium *dualem* quoque vocare poſſis) vel plurali: ſi ſectionis medium, vel lineis rectis, vel aliis figuris: vid. *quæſt 33.* quas ſi lineas *curvas* ipſamque ſectionem *irregularem* tantiſper appellare volueris, non repugnabo.

15. Quomodo fit Sectio Scuti *ſingularis* perpendiculariter per lineam rectam?

Quando unâ eâdemque lineâ perpendiculari per centrum tranſeunte ſcutum in duas æquales partes, dextram ſcilicet & ſiniſtram dividitur, Gall. *party, miparty*, langwerts gleich getheilet / *Fig. 5. A. B.* Aliquando tamen illa Sectio non præcisè centrum tangit, ſed vel ad dextram, (*addextrè* rechts getheilet /) vel ad ſiniſtram (*feneſtrè* lincks getheilet /) magis porrigitur.

16. Quomodo horizontaliter?

Quando lineâ tranſverſim per centrum ductâ in duas æquales partes Scutum ſecatur, Gall.

Gall. *coupé* geſpalten. *Fig. 5. C. D.* Hæc diviſio ſi centro altior, *cephalum*, den Haupt-Spalt/ Gall. *Chef*, ſin humilior *baſin* Scuti, den Fuß-Spalt/ Gall. *Champagne* producit.

17. Quomodo diagonaliter?

Quando lineâ ex angulo ſuperiori in oppoſitum inferiorem ductâ in duas partes ſcutum diſſecatur. Idque quùm duobus modis fieri poſſit, ſcilicet, ut obliqua ſectio vel à dextris ad ſiniſtram, vel à ſiniſtrâ verſus dextram tendat, illum modum Galli *trenché* rechts durchſchnitten/ hunc *taillé* lincks durchſchnitten/ nominant. *Fig. 5. E. F. G. H.* Scutum juxta omnes haſce diviſiones conſideratam, apparer *gironné* ſeu *marellé*, conatum, beſchoſet/ beſtändert. Ad quod tamen opus eſt, ut partes coni formam adeptæ tincturâ aliquâ expleantur. Vid. *Cap. V. quæſt. 50.* & adeò hoc magis ad figuras, quàm ad diviſiones ſpectat.

18. Quâ ratione fit Sectio Scuti *pluralis?*

Si mediantibus duabus vel pluribus lineis, & quidem vel parallelis vel non parallelis, tres pluresvè partes emergant.

19. Quomodo fit *tripartita* lineis parallelis?

Quando vel duæ perpendiculares Scutum in tres æquales partes tanquam per palum dirimunt, Gall. *tiercé en pal, tiercé parti*, *doublé parti*, *parti en trois*, Scutum palariter tripertitum,

tum, ein gedritter Schild / der dreyfach von oben herab/ oder Pfaal-weiſe getheilet. *Fig. 6. A. B.* Vel quando totidem transverſæ per faſciam id in tres partes diſtinguunt. Gall. *tiercé en faſce, doublé coupé, coupé en trois*, Scutum faſcialiter tripertitum, ein gedritter Schild/ der dreyfach queer oder band-weiſe geſpalten: vide *Fig 6. C. D.* Vel denique quando totidem diagonaliter ductæ per Baltheum dextrum aut ſiniſtrum triper titum reddunt Scutum. Illum Sectionis modum Galli vocant, *tiercé en bande, trenché en trois, double trenché, tiercé tranché*, Scutum ſectione diagonali dextrâ tripertitum, ein gedrittheilter Schild/ der dreyfach rechs durchſchnitten/ hunc verò, *tiercé en barré, doublé taillé, taillé en trois, tiercé barré*, ſectione diagonali ſiniſtrâ tripertitum, ein gedrittheilter Schild / der dreyfach lincks durchſchnitten. *Fig. 6. E. F. G. H.* Aliquando iisdem ductibus, ſed arctioribus ſcutum in partes non æquales diſcernitur, ubi iſti ductus ſimpliciter nomina figurarum, quas repræſentant, v. gr. Pali, Faſciæ Balthei &c. retinent. *Fig. 7.*

20. Quomodo non parallelis?

Primùm quando vel in medio, vel in extremitatibus Scuti lineæ ſe invicem contingentes illud in tria ſpacia diſterminant. Dixi, *in medio*, ſi ſcilicet vel ex utroque ſuperiori angulo deſcendentes lineæ tertiam à cuſpide adſcendentem attingunt, in formâ literæ Pythagoricæ tectæ. *Fig. 8.* aut inverſæ, *Fig. 9.* Undè

dè Latinè sectio Pythagorica recta, & inversa exprimi solet; Gall. *tiercé en pairle*, in die Ecke dreyfach getheilet / dreyeck / Triangel oder Gabel-Form. Dixi porrò: *in extremitate*, si vel ex superioribus angulis descendentes duæ lineæ rectæ in cuspidis extremitate conjunguntur *Fig. 10.* vel contra, si inversô situ ex inferioribus angulis tales lineæ ascendentes, in cephali extremitate coëunt *Fig. 11.* vel quando quoad situm fasciam aut baltheos imitantur *Fig. 12. 13.* Quò refer & aliam sectionem huic quoad cætera omnia ferè similem, nisi quod lineis paululum curvatis exprimitur, ein eingezogener Dreyeck/der Zwickel oder Spitz. Gallis *tiercé en gousset*, der Taschen- oder Beutel-Zug/ si duæ cuspides dilatantes sursum tendunt *Fig. 14.* Sin verò deorsum, *tiercé en mantel*, der Mantel-Zug/ *Fig. 15.* Conf. *Cap. V. §. 66. Secundò* quando vel transversim sectô Scutô in caput & basin, hæc illudve lineolâ perpendiculari subdistingvitur. Vel sectione factâ ad perpendiculum alterum latus incolâ transversali vel diagonali denuò dirimitur.

21. Quibus modis fit sectio scuti *Quadripartita (ecartelé)* ein geviertheilt oder quartirter Schild?

Duobus, iterum nempè lineis vel parallelis perpendiculariter, horizontaliter, & diagonaliter ductis; vel se invicem intersecantibus.

Ex

Ex priori linearum genere non nisi Pali, Fasciæ, & Balthei nascuntur, qui Sectionis modus jam ex antecedentibus potest cognosci, & de eâdem paulò post in *Figuris Honorabilibus* prolixius erit dicendum.

22. At quomodo lineis se invicem intersecantibus ?

Quando per lineas perpendicularem & transversam cruce efformata, ✝ *Fg. 5. A. B. C. D.* vel etiam per duas diagonales decussi ✕ constitutâ, Scutum in quatuor partes discernitur, dictum indè juxta *priorem* Sectionis modum *quadripartitum*, quadratim discissum, item quartiriatum; juxta *posteriorem decussatum*, decussatim sectum. *Fig. 5. E. F. G. H.* Illud Galli *ecartelé* ou *ecartelé en banniere*, gevierdt/ durchcreutzt und quartieret/ oder gleich getheilet und gespalten. ipsum sectionis modum *ecartelure*, die Vierung; hoc *ecartelé en sautoir*, schreggevierdtet/ schregdurchcreutzet/ oder mit Schreg-Creutz-Strichen durchschnitten vocant. Singulæ partes Crucis *quartiers*, quadrantes & laterculi, die Felder/ Decussis verò pars superior caput, inferior basis, & latera sinûs, Gall. *flanques*, die Flancken appellantur. In cruce ordo hic est, ut *quadra superior dextra primùm*, *sinistra secundum*, *dextra inferior tertium*, *sinistra inferior quartùm numerentur*; nisi fortè prima & quarta, item secunda & tertia sibi oppositæ eadem digmata repetunt;

tum enim, quæ easdem continent Figuras, simul quoque indicantur. *In decussi verò caput & basis primum & secundum, dexter & siniſter sinus tertium & quartum locum faciunt.* Et uti posterior Sectionis modus imprimis Hispanis arridet, qui *partido in aspa* nominant, ita prior apud nos Domibus Illustribus & Principalibus vel ex eâ ratione frequentior, quod pluribus in unum scutum compingendis valdè aptus est, eoque fini dicti quadrantes nonnunquam denuò quadratim dissecantur, quod Gallis *contre cartelé*, vierfach gevierdtet/ & si quadrans ita subdivisus denuò divideretur, Galli vocant *Surecartelé*, cujus tamen apud nos exempla vix reperientur.

23. Quid de *quinariâ* divisione tenendum?

Illa vix usu recepta (*). Quamvis enim similitudinem divisionis quinariæ habeat, si Scutum v. gr. duos Palos, Fasces aut Baltheos colore à reliquis spaciis diverso contineat, propriè tamen indè divisio non oritur, sed potius Pali eo casu pro Figura, & tria illa spacia Palis &c. contradistincta pro Figurarum campo habenda veniunt, per ea, quæ tradentur infra *Cap. 5. quæst. 27.*

24. Quid

(*) *Illa vix usu recepta*) Possit tamen fieri lineis se invicem intersecantibus v. gr. his & similibus modis.



24. Quid de *fenaria?*

Illa variis modis fieri potest, vel lineis parallelis, *non intersectis*, iisque modò perpendicularibus, modò transversis, modo diagonalibus. Quamvis enim & inde Pali, Fasces ac Balthei emergant, & sic quoque vera divisio impedita videatur, illa tamen reverà datur, & ratio diversitatis à sectione quinariâ in eô consistit, quod spacia hîc cum Figuris evadunt numerô paria, quô passu campum non existere infra *l. c.* dicemus: Vel *intersectis*, sic ut perpendicularis una duas transversas, vel una transversa duas perpendiculares dirimat.

25. Num etiam ultra fenariam divisionem adscendere licet?

Quid ni, quùm non solùm per Palos, Fasces, & Baltheos numerô pares (*) partes multipli-

C 2 carit

(*) *Numero pares*) Ut nimirum tot numerô evadan v. gr. Pali, quot sunt spacia reliqua. Aliàs enim non emergeret divisio in partes, sed essent recensendi v. gr. tot vel tot Pali in campo, uti jam *quæstione præcedente 23.* monitum. Ut autem & hic paritas obtineatur, necessum est, alterutrum marginis in Scuto Figuram v. gr. Pali, immediate occupare seu attingere, hôc vel simili modô. Ubi cùm aliàs relictô utrinque vacuo spacio semper impariats aliqua sit emersura. Quæ ipsa etiam, uti jam dictum, ratio est, quod ex imparitate ejusmodi ductuum, quales sunt Pali, Fasciæ, Balthei &c. nun-

cari possint; sed & per intersectiones merè lineares (*) in quadras, si areolas senis plures constituere digmatum multitudo requirit. Et in recensione vel resolutione Insignium hæ lineæ omnes exactè designandæ, v. gr. *Scutum est tot vel tot lineis horizontalibus, & tot vel tot perpendicularibus se invicem intersecantibus distinctum. In primi Ordinis aream primam &c.*

26. Numquid non & ipsæ partes primariæ interdum denuò dissecari possunt?

Exemplum jam dedimus *quæst. 21.* in Quadrante quadratim subdiviso. Omninò ergò alia est divisio scuti in partes Principales, alia earum partium necessaria nonnunquam in areolas, laterculosque plures subdivisio, quæ iisdem prorsus fieri potest modis, queis sectiones pri-

---

quam Scuti divisio oriatur, sed ductus, qui numero reliquos expedit, campi indicium faciat.

(*) *Per Sectiones mere lineares)* V. gr. si velis *septem* hisce modis & similibus:



Sin *octo*, *novem* &c, tali ratione:



& ita porrò.

primariæ, lineis scilicet perpendicularibus, transversis & obliquis, parallelis item, & se invicem intersecantibus. Quare cavendum, ne hanc cum illâ in laterculorum designatione sive recensione confundas.

27. Hæccine ita de Divisione Scutorum sufficiunt?

Sufficerent, si *absolutam Scutorum sectionem* (*) in se spectamus; sed quia ex tàm variâ divisione cum primis linearum se invicem intersecantium in nonnullis Scutis plurima tesserarum receptacula oriuntur, non possunt non ea ad invicem collata diversos respectûs producere, undè aliæ atque aliæ Scutorum *distinctiones respectivæ* proveniunt, quas in explicatione Insignium omnes indigitare necessum est.

28. Quænam ergò sunt illæ?

Regiones & regionum quarundam puncta seu centra, de quibus vid. *quæst. sequ. 31.*

29. Quid vocas *Regiones?*

Spacia inter duas lineas transversim ductas existentia, & per plures areas distincta. Vocantur etiam Ordines, die Reihen oder Gegenden der Felder/ oder Quartie.

(*) *Absolutam Sectionem*) Connexionem quæres in *quæstione præcedente 13.*

30. Quotnam talium in Scuto existere possunt?

Plures aut pauciores pro diverso sectionis transversæ numero *Fig. 16.* Si *bis* æquali distantiâ transversim dissecatur Scutum, tres indè existunt regiones superior *Cephalica AA.* die Haupt- oder Ober-Reihe; media *centrica* seu fascialis BB. die Band-Gürtel oder Mittel-Reihe; & infima *Perigæa*, *CC.* die Fuß-Reihe. Gallis *le chef*, *la fasce*, *la pointe*. Sin verò *per plures transversas lineas* Scutum dirimitur, plures quoque evadunt regiones, v. gr. duæ lineæ transversæ superiores hôc locô punctis expressæ, pariunt quartam regionem, accedente inter Cephalicam AA. & Fascialem BB. *Honorariâ*, *DD. lieu d'honeur*, die Ehren-Reihe. Sic quando duæ lineæ transversæ inferiores, itidem hic punctis designatæ, inter Fascialem B. B. & Perigæam CC. accedunt, evadit quinta regio dicta *Umbilicaris* EE, *bas de la fasce*, die Nabel-Reihe. Ulterius non proceditur.

31. Quid verò vocas *Puncta*, seu centra?

Medietates singularum regionum, seu potius, medietates ipsius mediæ areæ in spacio inter lineari contentæ, Gall. *points*, nos die Stellen. *Fig. dict. 16.*

32. Ergo

32. Ergo tot erunt centra quot Regiones?

Id quidem dici possit, sed non nisi tria recepta sunt, Punctum scilicet honoris F. cordis G. & umbilici H, *le point d' honneur*, *le cœur* seu *abîme*, (undè locutio *mis en abîme*, de Figurâ ei locô, qui totius Scuti centrum constituit, inter alias inserta, quamvis Menestrierius eam locutionem tùm demum propriè adhiberi velit, quando minor aliqua Figura Scuti in centro inter tres, quatuor vel sex quasi extantiores & majores reperitur, wenn z. E. ein kleiner halber Mond/ Lilie / ꝛc. zwischen 3. 4. oder 6. erhabenen Figuren in der Vertieffung stehet) & *le point du nombril*, Germ. die Ehren-Stelle/ die Hertz-Stelle/ und die Nabel-Stelle. Hinc ut tria illa centra haberi possint, semper scutum quatuor ejusmodi lineis transversis, quales hic punctis repræsentantur, distermina-tum concipere oportet, ubi inter regionem cephalicam AA. & perigæam CC. tres reliquæ, Honoraria, Centrica & Umbilicaris interjaceant. Imô de hàc implicita quasi divisione etiam tùm cogitandum est, quando bis tantùm horizontaliter sectô Scutô medietates linearum duarum intersecantium pro honoris & umbilici punctis habentur, & digmata iis punctis ex Artis instituto competentia eò collocantur, quùm alias Ordines bis ita secti Scuti absolutè & per se centra longè diversa, Cephali-

cum scilicet & Perigæum (*), sed Heraldis ignota, producerunt.

33, Num autem istæ divisiones etiam per lineas curvas seu *irregulares* institui possunt, & per quales quæso?

Quod possint, jam dixi *quæst. 14.* quæ verò sint, paucis accipe. Nimirum formantur Lineæ determinatrices ad modum pinnarum, undè sectio pinnalis, *crenelé*, der Zinnen-Schnitt; *fig. 17.* Graduum, unde sectio gradata, *en degrés*, der Stuffen-Schnitt. *Fig 18.* Dentium serræ majorum & minorum, undè sectio dentata seu serrata, *danché* & *dentelé*, der Zahn- oder Kerbe-Schnitt / *Fig. 19. 20.* (à quibus differt vox *denté*, quippè quæ animalibus tentatis propriè competit) Striarum, & Squamarum, vel Imbricum, & tuberculorum, unde sectio striata, *engrelé*, der hohlkerbigte oder rundgespiegelte/und Schuppen-Schnitt. *Fig. 21.* nubium, unde sectio nubularis, *nuagé ou nebulé*, der Wolcken- oder Nebel-Schnitt. *Fig. 22.* Cymbalorum, undè sectio Cymbalaris, aliis invecta, *vairé*, der Feh/oder Cymbel-Schnitt. *Fig. 23.* quamvis de hac Figurâ multum dissentiant. Vid Spener. *l. c. p. I. c. 3.* §. 51. & infrà *cap. IV. Quæst. 14.* Cochlearum, *en*

(*) *Perigæum*) Nimirum præter id, quod *Cordis* dicebatur, quodque hic non excluſum volumus.

en girons arrondis, der Schnecken-Schoos / oder Wendeltrepp-Schnitt. *Fig. 24.* Trifoliorum, der Klee-Schnitt. Gall. *treflé Fig. 25.* Ructuum Leoninorum, der Löwen-Rachen-Schnitt. *Fig. 26.* Normarum, *en equerre*, der Winckel-Maas-Schnitt. *Fig. 27.* Confer. *Cap. V. quæst. 19.* Quamvis, si verùm fateri velimus, hæc omnia, quia singulæ partes sectæ plerumque peculiari suâ tincturâ gaudent pro figuris potius ipsis quam pro meris Sectionibus habenda.

34. Quomodo cum his Insignium analysi procedendum?

In explicatione Insignium ex ejusmodi lineis irregularibus constanrium non opus est semper singulos ductus seorsim describere, quod Galli ferè faciunt, nisi in eò demùm casu, ubi tanta eorum anomalia fuerit, ut ad aliquam sectionum seu Figurarum dictarum & similium planè revocari non possint. Tunc enim forma linearum, utrum perpendiculares, transversæ aut diagonales? cum situ, ubi incipiant, quovè tendant, & ad quam modô dictarum sectionum propius accedant, quaque singulæ partes tincturâ gaudeant, exprimenda. Aliàs simpliciter hoc vel illô sectionis modô disterminatum dixisse sufficit, nisi quod partium, ubi majores fuerint, v. gr. pinnæ, gradus, cochleæ, normæ, numerus, item situs, ac denique tinc-

cturæ indicari debeant, in hunc modum: *Habent Scutum in tres gradus diagonaliter dextro versum sectum, idq; dextrô latere rubrô, siniſtrô argentô tinctum.* Führet einen Silberfärbigten rothen Schild/ mit drey Stuffen ſchreg von linck gegen recht durchſchnitten.

35. Age nunc ad modos *PLURIUM SCUTORUM JUNGENDORUM* progrediamur. Quodnam modis fieri ſolet?

Præcipuè his quisque, Adunatione, durch Verſchreyckung/ Juxtapoſitione, Herumbſetzung/ Inſitione, Einfaſſung/ Colligatione, Zuſammenbindung/ & Conglutinatione, durch Zuſammenfügung oder Nebenſetzung.

36. Quomodo Adunatione?

Quando deorum pluriumvè Inſignium digmata in uno Scuto coadunantur. Idque fit per ſectionem vel *bipertitam*, ubi duorum integrorum Inſignium priora dextrum latus, poſteriora verò ſiniſtrum occupant, ſervatis ſuis eodem ordine & numero areolis, quemadmodum ita Uxores Illuſtres in Clypeo biperto à dextris mariti, à ſiniſtris propria gerere ſolent arma; Vel per *quadripartitam*, quando duorum pluriumque Inſignium ſymbola ſucceſſionis, prætenſionis, aliusvè Juris causâ in uno Scuto conjunguntur, quod quamvis olim plerum-

rumque per sectionem bipertitam factum, hodiè tamen hic modus elegantior habetur, & *ordo*, is est, ut si *duo* fuerint conjungenda, scutô perpendiculariter & transversim in quatuor quadras sectô, primarium primam & quartam, secundarium secundam & tertiam quadram Scuti (ûbereck) occupet, juxta regulam infrà *cap. IV. quæst. 15.* tradendam. Sin *tria*, primus laterculus cum quarto, vel secundus cum tertio eandem tesseram servabit, reliqui duo, qui restant, reliqua emblemata complectentur. Idem etiam fieri potest, sectione per decussim instituta, ceu *Quæst. 22.* indigitatum.

37. Quomodo Juxtapositione?

Quando scuto Principali, vel interdum digmati Insignium Principali peculiari Clypeô incluso Scutula minora novæ acquisitionis, vel provinciarum minus Principalium signa exhibentia plerumque per orbem, *en orle* (interdum quippe etiam ad rhombi modum) circumponuntur. *Fig. 28.*

38. Quomodo Insitione?

Quando majori Scuto parmulæ minores inseruntur: Ubi duo potissimum consideranda, *Primò* locus insitionis. Si Scuta sunt quadripertita, fit insertio plerumque in centro Scuti, *en abime*, indè etiam German. das Mittel-Schildlein / & quamvis idem quoque nonnunquam contingat in Scuto pluribus regionibus distin-

distincto, ordinarius tamen tunc situs ejusmodi parmulæ esse solet in Puncto regionis honorariæ, in der Ehren-Stelle; rarius pedi vel umbilico incubat, nisi quando duæ in uno Scuto majori parmulæ occurrunt, quo casu superior honorariæ, inferior umbilicaris regionis centro inseritur. Illud quoque observandum, ipsi tali scutulo, quod Galli *sur le tout* vocant, nonnunquam aliud denuò indi. Gallis *sur le tout du tout*, das Hertz-Schild-lein adpellatum. Respicie ad *quæst. 30.* Secundò usus. Inserviunt isthæc aspidia vel dignitatibus, vel illorum, qui dignitates dedere, nominibus & symbolis, vel præcipuis, quas una domus præ reliquis Cognatis habet, terris, vel noviter adquisitis, prætensisve antiquis Dominatibus, vel denique tesseris gentilitiis & Insignibus Domui cuipiam propriis designandis, & seorsim exhibendis.

39. Quomodo Colligatione;

Quando Scuta diversa vinculo quodam, fasciâ, scilicet, tæniâ seu vittâ in superiori parte colligantur. Gall. *ecûs liés*, vel *liés de courroyes*, zusammengeheffte Schilde. Sed eorum usus rarior. *Fig. 29.*

40. Quomodo Conglutinatione?

Quando duo Scutc marginibus cohærentia glitune, quasi junguntur. Gall. *ecûs accollés.* Commodissimum huncce modum volunt, quô com-

compingantur Insignia Conjugum, longeque præferendum illi, quô, scutô transversim sectô, in cephalo maritalia, in basi uxoria exhibeantur; vel omnium ineptissimo, quo nonnullæ Uxores dimidia maritorum suorum cum dimidiis propriis conjungere, & ita nec Conjugis, nec suæ gentis integra exhibere sveverunt. *Fig. 30.*

CAPUT QUARTUM
DE
TINCTURIS.

1. Quid vocas Tincturas?

Tincturæ seu Tinctus sunt varia illa metallorum colorumque pigmenta, quibus scutorum imagines repræsentatur, & discernuntur. Gallis *emaux*, Germanis Metallen und Farben.

2. Quoduples sunt Tincturæ?

Duplices, metalla & colores, *metaux & coulurs.*

3. Quænam metalla huc spectant?
Aurum & Argentum.

4. Quinam colores?

Quatuor, rubeus, cæruleus, viridis, niger. Quibus aliqui addunt purpureum.

5. Cur

5. Cur ex metallis duo tantùm huc referuntur ?

Quia sunt omnium excellentissima, & ad quæ cætera reduci possunt. Plumbum scilicet, stannum, ferrum politum, item chalybs ad argentum; cuprum verò, & orichalcum ad Aurum. Aurum, gülden/ goldfarbe/ gelb/ argento præfertur, Argentum, Silberfarbe/ weiß proximum ab auro inter tincturas locum tenet.

6 Quid in specie de singulis coloribus, & primùm de *Rubeo* tenendum?

Rubeus seu ruffus, *le gueules*, Roth/ apud plerasque gentes summi honoris index habitus, primas inter colores tenet. Et quamvis variæ ejusdem species existant, generali tamen rubei appellàtione in Heraldicis omnes exprimuntur.

7. Quid de *Cæruleo?*

Cæruleus, *l' azur*, blau/ Lazurfarbig rubeo ab aliquibus quidem, sed perperàm, præfertur, & plerumque generali hoc nomine in Insignibus effertur, quamvis aliàs in varias quoque species discerni soleat.

8. Quid de Viridi?

Viridis, *le sinople*, grün/ cæteris non inferior color ad res naturâ sic comparatas plerumque usurpatur. Nec iterum obstat specierum ejus

ejus diversitas, quò minus generis nomine omnes indigitentur.

9. Quid de *Nigro?*

Niger, *le sable*, undè etiam fabuleus quibusdam, ſchwartz/ oculo non ita gratus, in infimum ferè locum rejicitur, & parcius quoque in Insignibus reperitur (*).

10. Quid denique de *Purpureo?*

Purpureus, *le pourpre*, Purpurfarbig/ Regius olim color, & inde rarus in Insignibus. ex quatuor superioribus quasi mixtus quibusdam, aliis medius inter rubeum & violaceum videtur, quam disceptationem nos suis autoribus relinquimus, quùm ejus tincturæ exemplum in Insignibus vix appareat (**), postquam errores eorum. qui eam hinc inde commenti sunt, Menestrierius, *l' art du blason justif. c. 3.* plenissimè detegit.

11. Di-

(*) *Parcius reperirur*) Quatenus integras areas replet; aliud quippe de Figuris dicendum est, quæ isthoc colore non rarò occurrunt.

(**) *Vix adpareat*) Purpureum Campanile omittit. Salazar Hispanus, disertè excludit. Io. de Bado Aureo silet. Blondellus rariorem ejus concedit usum; sed adversus eum defendit Menestrierius, quod exempla ab eo aliisque pro purpura allata omninò falsa sint. Purpuram inter res perditas refert Pancirolus, *Rer. perdit. Tit. 1. pag. 6. seqq.* Confer. Spener. *loc. cit. Part. I. Cap. 4. §. 9.*

11. Diversitas isthæc tincturarum quomodo absq; tincturis designari solet?

Insignia æri incisa distinctis tincturarum notis gaudere utique necessarium erat. Aliquamdiu differentiæ literis initialibus Latinis aut Germanis expressæ, v. gr. *Aurum*, Gold per A. & g. *Argentum*, Silber oder weiß per a. ſ. & w. *Viride* grün per v, & gr. interdum etiam per trifolium; *Rubrum* roth per r. & r. *Cæruleum* blau per c. & bl. *Nigrum* vox ex ipso colore impressorio patescebat. Spelmannus Planterum notis distinxit, aurum per ☉. argentum per ☽. nigrum per ♄. cæruleum per ♃. rubrum per ♂. viside per ♀. purpureum verò per ☿. indigitando. Hoc demùm seculo (*) elegantior modus in Galliâ obtinuit, ut, quæ *argento* tingenda, alba relinquerentur; quæ *auro*, punctulis; quæ *rubeô* colore, lineîs perpendicularibus; quæ *cæruleo*, transversis; quæ *viridi*, diagonalibus dextris, quæ *purpureô*, diagonalibus siniſtris, quæ denique *nigro*, cancellis seu perpendiculariter & transversim se intersecantibus exprimantur. *Fig. 31.*

12. Sic-

(*) *Hoc demum Seculo*) Autorem vulgò credunt M. Vulsonium de la Columbiere, Vid. Spener. *l. c.* §. 19.

12. Siccine ergò reliqui intermedii colores in Insignibus planè non occurrunt?

Occurrunt quidem color roseus, aurantius, castaneus, cinereus, violaceus, & similes quasi secundarii, sed quùm non nisi valdè rarò, & omnes ex superiorum commixtione fiant, ideò inter colores Heraldicos ipsis vix tribuitur locus, neque, ut cæteræ Figuræ, certis signis gaudent præter roseum, cui ♎ character alicubi datur; quin tamen literis initialibus exprimi possint, more quondam in principalibus receptô, uti notam necessitas exigeret, nullus dubitarim.

13. Sistuntur tamen, ni fallor, haud rarò figuræ nativô colore in Insignibus?

Res naturales sæpe suis coloribus nativis, v. gr. membra humana nuda, cumprimis faciem & manus, carneo in Fleisch-Farbe (cujus nota ♍) exhiberi in sequentibus dicetur. Indè Galli hoc *au naturel*, nostri, in seiner Farbe/ oder in seiner natürlichen Farbe vocant (*). Enim verò quia nec hoc perpetuum,

(*) In seiner natürlichen Farbe) Observatio est: *Figuras æri inciſas ſi nullam ex Heraldicis Tincturarum notis habent, nativô colore debere exprimi.*

nec talis modi colores rebus cæteris ab arte & instituto Heraldorum proptiè provenientibus ordinariè adhibentur; inde ejusdem dignationis fastigium cum prioribus adsequi non potuerunt.

14. Nonne adhuc tùm quædam Principalium tincturarum quasi affinia restant explicanda?

Imò verò iisdem adhuc duæ, *pelles* (Gall. *fourrures* Beltzwercke) scilicet *Hermionicæ* & *Variæ* seu variegatæ, accensentur. Hermionicæ, *des hermines*, Hermelin/ sunt exuviæ candidæ muris pontici, in extremitatibus nigris maculis (*mouchetures*, Flecken) conspersæ, quod tamen non obstat, quò minus in argenteo ut plurimum scuti campo ipsæ exuviæ nigræ (imò in aureo quandoque campo maculæ rubræ, cæruleæve) exhibeantur, contrarium sicubi fiat, *contrehermine*, Gegen-Hermelin/ & scutum antihermionicum appellatur. *Fig.* 32. Variæ, *des vairs*, ou *vairées*. etiam pro exuviis varucis vel se juri varii, quem aliàs *varum* vocent, animalculi cujusdam deorsum cinereo-cæruleum, ventremque album habentis, das Feh oder kleine Grau/ venditantur, de quo vide Spener. *Part. I. Cap. IV. pagin. 116.* Figura sanè dubia & incerta,

(*)

(*) quam alii campanam sive nolam cymbalarem, alii pileum (undè German. vulgò Eisenhůhtlein) alii vitrum apus repræsentare putarunt. *Figur. 33.* Tincturus ordinnrias habet argenteam & cyaneam. Quoad situm isthæ Variæ aliqstando stant erectæ, aliquando inverso modo, stehende oder gestürzte; quædam cuspidibus se invicem attingunt, Gall. *Contrevairé.* Quandoque unius cuspis alterius basin attingit, Gall. *vair appointé*, vel *vairé en pal.* Denique Galli distingvunt inter *befroy de vair*, *vairé* & *menu vair.* Prius ipsis est, si tres tantum ejusmodi figurarum ordines; secundum, si quatuor, tertium, si plures. Menestrier. *l' art du blas. justif. c. 13. p. 341.*

15. Si rectè memini, regulas aliquot de tincturis tradunt artis hujus periti, quas nunc expecto?

Communi ferè Gentium consvetudine tanquam

(*) *Figura sanè dubia & incerta*) Dictionarium de l' Academie Françoise, in voce *Vair* ita de hac Figurâ censet. *Vair, Terme de Blason, Fourrure faite de plusieurs petites pieçes d' argent et d' azur, a peu pres, comme une cloche de melon. Les Vairs ont la pointe d' azur opposeé a celle d' azur. Quand il y a seulement Deux ou trois pieçes de Vair on dit Befroy de Vair. C' êt ce, que les anciens blasonneurs ont appellé Gros Vair ou Grand Vair. Quand il y en à quatre, c'êt ce, qu'on appelle proprement Vair. On dit menu Vair, quand il y en a d' avantage.*

quam *regula generali* receptum est, *ne metalla metallis, colores coloribus inscribantur*, sed si e. gr. solum scuti metallo constat, figura ei inscripta colore, vice versâ, si figura metallo, solum colore tingatur. Quod idem etiam in ipsismet figuris sibi invicem inscriptis adeo observandum. Galli in hanc regulam peccantia Insignia *faussés* seu falsa appellare non dubitant, eò quidem sensu, quatenus solummodo difformitatem quandam ex indecenti tincturarum combinatione contraxerint, quæ in mage distantium tincturarum conjunctione potuisset evitari. Alia *Regula specialior* est de Scuto per decussim secto, quod *oppositæ areolæ eandem tincturam, imò ordinariè easdem Figuras servare debeant.* Conf. *Cap. III. quæst. 21. & 35.* De *Coronis*, quæ Figuris Primipalibus imponuntur, notandum est, *quod plerumque auro tingantur*, id quod etiam de *faculis & Lingva in Leone* dicendum. Conf. infrà *Cap. IIX. qu. 5. 12. 16.* Plures regulæ dari possent, sed eas rectius Capitis V. *quæst. 4. & 15.* reservo. Refer quoque huc *Capitis VI. quæst. 8.*

16. Quum tamen nulla Regula sit facilè sine exceptione, forsitan & illa Generalis quasdam earum admittit?

Admittit utique plurimas, quarum potiores referam. Non igitur extendit se Regula *primò* ad figurarum minus principalia, seu principali-

bus

bus adhærentia; sic v. gr. Leonis faculas, linguam, coronamque metallô tingere licet, tametsi Leo in scuto metallis referto existat. Nec *secundò* ad notas scutorum distinctivas, segmenta scil. & discernicula, quæ quid sint, vid. Cap. VI. ea videlicet ejusdem cum areâ jubaris esse conceduntur. Nec *tertiò* ad scuta, quorum areæ ex metallo & colore mixtæ, quippè quo casu figura quoque metallica & colorata esse potest, licet sic aliquâ sui parte metallum metallo, vel colorem colori incumbere contingat. Neque *quartò* ad figuras toti areæ seu scuto aliis digmatibus jam repleto superincumbentes. Neque *quintò* ad figuras nativô suô colore pictas, ex quâ ratione plurima Insignia defendi possunt, aliàs falsitatis notam apud Gallos vix effugitura. Uti nec *sextò* ad sectiones & figuras, quas vocant, honorabiles, de quibus dein dicturi, ubi v. gr. cephalum rubeum scuto cæruleo, aureum argenteo, baltheum rubrum clypeo cæruleô, clypeo rubro cantherium cæruleum, rubeo fasciam viridem inscribere non prohibitum. Galli vocant tale quid *consu*, adsutum, angestücket/ quamvis de cephalo ea vox frequentior. Nec *septimò* ad purpuram, protheum illum Heraldicum, quæ quùm medium quoddam sit inter metalla & colores, utrique quoque si fuerit, inseri posset. Nec *Octavò* ad pelles Hermionicas & Varias, quæ quia metalli pariter & coloris lo-

co haberi possunt, figuras æque coloratas ac metallicas sibi inscribi patiuntur; Neque tandem *nonò* ad symbola scutorum quorundam, axiomnemonevta, seu rem singularem indigitantia, contra Regulam inserta, cujus investigandæ ansam ipsa hæc anomalia suppeditare debet, undè Gallis *en enquerir*, perveſtigatoria dicuntur, quamvis aliqui omnia à Principali canone abeuntia ita dici velint, quùm in iis omnibus irregularitatis rationem investigare deceat.

17. Ecquid de Tincturis monendum adhuc supereſt?

Duo, unum de significationibus, alterum de colore umbratico.

18. Quid de tincturarum significationibus?

Quidam præter ea, quæ de dignitate earum jam paucis attigi, quam plurima in iisdem tùm seorsim, tùm in conjunctione spectatis mysteria secretosque sensus quærere laborant, adeo ut non solum *res naturales*, v. gr. anni tempora, cœli signa, gemmas, herbas, animalia, hominum temperamenta, ætates &c. sed & *morales*, v. gr. virtutes & mores hominum, imò *religiosas* & *divinas* v. gr. Sacramenta, fidem, veteris Adami mortificationem, unamquamque scilicet pro suâ impositione, repræsentare ipsis videatur, quæ tamen, ut Oratoribus & Po-

Poëtis ad lusus & argutias inservire possunt, ita à mentibus eorum, qui arma primitus dedere aut sumsere, alieniora fuisse, & sic parum in recessu habere facilè crediderim.

19. Quid de colore umbratico?

Impropriè dictus ille color, vel umbra potius, figuram quidem aliquam refert, sed tenuissimis punctulis vel lineis nigricantibus constantem, quo area, vel id omne cui inducitur, per eandem, velut araneæ telam transpareat, Gallis *ombre*, ou *la couleur enfumée & transparente*. Rationem à Nicol. Uptono, *de milit. offic. L. 4. p. 147.* allatam, quasi scilicet umbram amissæ, cujus tamen recuperandæ spes sit, possessionis referat, merito ex hac ratione ridet Dn. Spener. *d. l. p. 127.* quod ita frequentissimè summorum Principum Scuta inumbrare foret necessum.

CAPUT QUINTUM
DE
FIGURIS,
Tam Honorabilibus, quam Vulgaribus, Scuto inscriptis.

1. Quid intelligis per figuras?

BReviter id omne, quod in exteriora scuti per areas distincti vel non distincti superficie

ficie rationem contenti habet, sive absque sectione solis tincturis, sive sectionibus diversis, sive quibuscunque tandem iconibus & symbolis absolvatur.

2. Cur dicis: *in exteriori scuti superficie?*

Ut eam ab adversa interiori seu ad gestantis corpus inclinata distinguas, quippe cui quidem aliquando militis nomen, ut inde de abjecti latere constare potuerit, nusquam autem Insignia inscripta leguntur. Veget. *de re milit. Vet. l. 2. c. 18.*

3. Cur dicis: *Scuti per areas distincti, vel non distincti?*

Areas propriè dici illa spacia, quæ ex scutorum per lineas sectione resultant, jam ex superioribus patet. Dari tamen scuta simplicia & in plures areas non distincta, sed quorum tota superficies aream unam seu campum facit, experientia testatur.

4. Cur ultima verba: *Absque sectione, solis tincturis &c.* adjicis?

Ad denotandum triplicem figurationis quasi modum, sive triplex illud contentum in vacuo scutorum vel arearum spacio, figurarum vicem sustinens. Aliquando enim simplex, purum, non nisi simplici Tinctura constans

ſtans Scutum (*) habetur (Galli ita exprimunt: *il porte d' or plain, de gveules plain*, er führet einen ganz güldenen oder rothen Schild) & tunc iſtam tincturam ſimul cum Scuti forma loco figuræ eſſe rectè ſtatuit Meneſtrierius, *l' Art. du blaſon juſtifiè. c. 12.* apud Germanos tamen exempla ſunt, ubi ductibus variè inflexis iſta ſimplicitas evitari voluit, & Scuta talia vocant *Damaſcena*, Damaſcirte Schilde / inſtitutô, ni fallor, ex pictorum aut ſculptorum cerebro ortum trahente. *Fig* 34. Aliquando ex ſectionibus & lineis diverſis ortæ partes Figurarum vicem ſubeunt, quemadmodum Geometræ ſub unô vel pluribus terminis ſeu lineis comprehenſa Figuras nominant; ut ſunt teſſelæ, coni, rhombi, circuli &c. Communiſſimè verò aliæ imagines peculiares ſectis iſtis & coloratis ſpaciis contradiſtinctæ inſeri ſolent, quibus etiam demtis areæ integræ relinquantur, licet areas & tincturas earum ſimul cum figuris exprimere neceſſum ſit: nominatis quidem ſtylô Romanorum (quod & Itali ſolent) primum Figuris, dein campo, v. gr. hoc mo-

(*) *Purum, non niſi ſimplici tinctura conſtans*) Ut dentur in Scutis integri quadrantes puri id frequentiſſimum eſt: Sed tota Scuta ſola tinctura conſtantia rarius viſuntur. Viſuntur tamen, & tùm maximè, quando de digmate res nondum certa eſt, id tamen certo ſperatur. Galli ideò vocant tale Sceutum *ecû d' attente*, ein Wart Schild.

do: *ruber leo in campo argenteo.* Galli inversa ratione hodie colorem areæ digmati præmittunt, *il porte au champ d' argent un lion de gueules*, in argenteo campo Leonem rubrum, quem modum ferè etiam perpetuò servant Diplomata Imperatoria, quamvis Germanis aliàs indifferens sit, utrum areæ, an figuræ, inscriptæ primùm mentionem faceue velint.

5. Quænam imprimis circa figuras considerandæ veniunt?

Earum numerus, ordo, situs, sectio, significatio & partitio.

6. Estne certa lex numero posita?

Loquor de numero figurarum unius areæ seu unius campi, quum scuta per plures areas dicta pro ratione rerum designandarum modò pauciora, modò plura symbola continere soleant. Ut autem res melius declaretur, discrimen faciendum est inter homogeneas & heterogeneas, seu ejusdem & diversi generis Figuras. Harum non nisi tres in una area admittere vult Phil. Campanille, *dell' armi*, *c. 2. p. 7.* cujus tamen ratio, à numeri illius virtute & efficacia petita, prorsus ficulnea est. Quoad illas, iterum distingvendum, utrum plures integræ exhibeantur, an verò partim integræ, partim in extremitatibus scuti dimidiatæ, die sich am Ende des Schildes verlieren. Priores sive

sive majores, sive minores fuerint, certum sine dubio, sed tamen ex solo primi imponentis arbitrio ita determinatum numerum habent, à posteris, pictoribus aut sculptoribus ne quaquam immutandum; quod secus est plerumque de posteriorum classe, imprimis si exiguæ (*) & sine certo ordine, quippè quas toties exprimere licet, quoties areæ spacium eas capit, indè Galli tales *sans nombre*, ohne Zahl / innumeras, & scutum iis consitum *semé*, ein besäetes Schild / vocare sveveruut; quale quid nec apud Germanos infrequens, ubi figuræ Principales non rarò in areas numero innumeris istiusmodi modo animalculis, floribus, aliisve notulis conspersas referuntur.

7. Quid de Ordine?

Ordo figurarum est duplex. Considerantur enim eæ, quatenus vel in scutis sectis juxta diversas areas, vel quatenus in scutis non sectis inter se invicem dispositæ. In scutis per areas perpendiculariter aut horizontaliter sectis ratione ordinis regula hæc est: *Ut dignior in supremæ regionis areolis, seu ordine primò, reliqua in reliquis collocentur, factò semper initiò ordinis à dextrâ versus sinistram.* In sectis palariter *medius palus, & quidem superior ejus area, præcipua digmata*; in sectis per decussim *Caput* &

(* *Exiguæ*) V. gr. Plintrides, lilia, rosæ, cruciculæ, corcula &c.

& Pes ea continent. Idem ordo deinceps in recensione arearum seu digmatum iis comprehensorum tenendus, nisi quod iisdem figuris vel integris Scutis per crucem vel decussim (*vid. Cap. III. Quæst. 22.*) repetitis, oppositæ areolæ simul indicandæ. Est tamen, ubi ab hoc ordine discedatur, dum præcipuum digma non in prima regione, & ad latus dextrum collocant, sed vel in peculiari parmulâ, ultimô locô, & post explicationem majoris Scuti, recensenda, de quâ *cap. præcid. III. quæst. 37.* dictum; vel in centro totius Scuti etiam interdum absque tali parmulâ. Cæterum hæc ita quidem regula exigebat, docet tamen experientia, sæpius per ignorantiam procul dubiô, ab eadem discedi, & quæ præcipuæ alicujus dignationis, vel possessionis esse debebant emblemata, ne quidem in prima regione inveniri. Taceo, quod ratione recensionis in ipsis Cæsareis Diplomatibus hic ordo non semper teneatur, & ab ultima omnium areâ recensendi initium fiat, ceu in Appendice exemplo probabimus.

8. Quo ordine Figuræ in Scuto non secto collocantur?

Apparet figura vel una in integro scuto non sectæ, vel duæ, vel plures. Quemadmodum verò unitas non est numerus, sed initium numeri; ita una Figura non facit ordinem, sed parit

parit ordinis initium, ac ordinariè, si sola, in medio Scuti ejusque quasi centro collocatur; sin altiore vel humiliore in locò, reperiatur, illud Galli *haußé*, hoc *abaiſſe*, nominant.

9. Quid verò si duæ?

Tunc una vel supra vel pone alteram collocanda.

10. Quid si plures?

Apparent situ vel juxta lineam unam rectam, vel juxta non unam, & non rectas.

11. Quomodo juxta unam rectam?

Quadrupliciter, vel perpendiculariter, per modum pali; vel transversim, per modum fasciæ, vel diagonaliter, ad modum balthei dextri aut siniſtri. Et iſte situs Figuris quà homogeneis quà heterogeneis communis est.

12. Quomodo juxta non unam, vel non rectas?

Hic, pro ratione numeri, Figurarum situs varlat. Aut enim *tres* sunt Figuræ, & plerumque duæ supra, una infrà collocatur, quæ, si ad modum literæ Pythagoricæ in medio quasi concurrnnt, Gallis *en pairle* audit, aliàs *deux un* duo & unum, zwey eins; & si inverso more una nota superiorem, duæ inferiorem occupant, iidem Galli hoc *mal ordonné* situm malè ordinatum pronunciant: Aut *quatuor*, ubi vel in duplici serie ad perpendiculum juxta se in-

invicem ponuntur, vel in capite & pede ſcuti duæ, reliquæ in lateribus ad rhombi modum repræſentantur: Aut *quinque*, in crucem, *en croix*, vel decuſſim, *en ſautoir*: Aut *ſex ſeptem*, & plures, ubi in totidem ordines, quod commodiſſimi videntur, diſtribui poſſunt, nonnunquam etiam imprimis apud Gallos in orbem, *en orle*, diſpoſitas conſpicies. Et iſti ſitus Figuris homogeneis ferè proprii ſunt, qui in recenſione ſimul cum figurarum numero probe exprimendus.

13. Num forſitan heterogeneæ Figuræ aliis adhuc modis collocari poſſunt?

Omninò, & inprimis quintupliciter. Vel enim altera alteri (1.) incumbit ſeu inſcribitur, Gallis *charché*, beſetzet/ beladen / *Figur. 35.* Vel (2) ſupra aut infra adjungitur, Gall *accompagné*, begleitet / *Fig. 37.* vel (3.) Figuræ erectæ v. gr. Palo, ad latus collocatur, & quidem id ſi utrinque fiat, *accôté* ſeu *coſtoyé*, zu beyden Seiten begleitet / *Fig. 36.* ſi verò ad dextrum latus ſolùm, *addextré*, rechts begleitet; ſin ad ſiniſtrum ſolùm, *feneſtré*, lincks begleitet/ nominatur. Vel (4.) itidem modò in crucem modò in decuſſim diſponuntur; vel denique (5.) toti Scuto ejusque notis cæteris una aliqua Figura v. gr. Baltheus, Crux &c. inducitur Gall. *brochant ſur le tout*, übern gantzen Schild gezo-

Figuræ
dicæ

NB. Post Paginam 63. Quæst. 17.

- Figuræ Heraldicæ sunt
  - Honorabiles, Ordinis.
    - Primi, quæst. 21.
    - Secundi, quæst. 54.
  - Vulgares, eæque.
    - Naturales quæst. 70.
      - animatæ, quæst. 70.
        - Homo & partes humani Corporis quæst. 71.
        - irrationales, ut animalia quæst. 74.
          - Volatilia quæst. 77
          - Gressilia, quæst. 81.
          - Natatilia. quæst. 84.
          - Reptilia. quæst. 85.
        - Vegetabiles qu. 86.
          - arbores, quæst. 87.
          - herbæ, qu. 88.
          - fructus, qu. 89.
          - flores, qu. 90.
      - inanimatæ, quæst. 91.
        - cælestia, ead.
        - sublunaria, seu Elementaria, quæst. 92.
          - Aëris.
          - Ignis.
          - Aquæ.
          - Terræ.
    - Artificiales qu. 93.
      - Utensilia & Mechanica. quæst. 94.
      - Vestes, & quæ ad habitum spectant. qu. 95.
      - Arma & res bellicæ, qu. 96.
      - Ædificia, quæst. 97.
      - Voces, literæ & Characteres, qu. 98.





gezogen / übern gantzen Schild lauffend. *Fig. 37.* Ubi quoad *recenſionem* tenendum, quod Figura ſuppoſita, quæ inſtar Principalis eſt, primò exprimenda unà cum inſcriptis vel collateralibus; dein campus, & denique, ſi qua adeſt, *ſur le tout*, ſeu toti ſcuto & cæteris figuris ſuperincumbens, ad hunc modum: *Habet duas faſcias virides, comitatas ſex merulis rubris in campo argenteo. Toti ſcuto ſuperincumbit baltheus ſiniſter, niger &c.*

14. Quid de *ſitu* Figurarum?

Ratione ſitus, der Stellung und Poſitur nach / diverſimodè conſiderari poſſunt figuræ ſcutariæ, quatenus vel reperiuntur in ſitu *naturali* (*), & ordinario, quem in recenſione exprimere foret ſupervacaneum; vel non naturali & extraordinario. Porrò quatenus ſunt contra morem ordinarium & naturam erectæ, vel inclinatæ, vel cubantes, vel inverſæ, item quatenus vel introrſum verſæ, vel extrorſum, quatenus vel facies vel dorſa ſibi obvertunt, *affronté, adoſſé*, Stirn gegen Stirn / Rücken gegen Rücken. Cæterum quum plures figuræ peculiates ſuos eosque diverſos ſitus habeant, infrà nonnunquam earum mentionem injiciemus.

15. Quid

(*) *Situ naturali*) De ſitu Figurarum animatarum naturali & nonnaturali agetur infrà, *Cap. V. qu. 74. ſeqq.*

15. Quid de sectione?

Interdum non integræ figuræ, sed in duas sectæ partes, animalia cumprimis aut flores, apparent, sic ut una pars dimidia in una area, altera in altera opposita ponatur. Quo tamen casu *tincturæ Figurarum & arearum alternatim mutandæ*, ut nimirum tincturam unius areæ recipiat dimidia Figura alterius, & vice versa. Ex. gr. Sit Aquila dimidia aurea in areâ rubrâ, laterculus oppositus ita formandus est, ut Aquilæ pars altera a priore scilicet prorsus separata, colorem prioris areæ, scil. rubrum, & ipsa area auream, istius nempè dimidiæ Aquilæ tincturam recipiat, quod eodem modo sese habet, si liliorum pars una (ceu apud Gallos crebrò fit) in una areâ, altera in alia quapiam planè seorsim exhibetur. Gall. *de l' un en l' autre*. ou, *changé l' un de l' autre*, mit abgetheilten / geschrenckten oder abgewechselten Farben. Quin ita quoque loqui amant, si integris manentibus figuris in Scuto secto arearum & figurarum tincturæ simpliciter alternis vicibus mutantur. *Fig. 38.*

16. Quid de *significatione?*

Multi sanè supra modum superstitiosi sunt in eruendis non solùm figurarum atque tincturarum, sed & sectionis significatibus hieroglyphicis. At solido fundamento fere destituuntur, quemadmodum & illi, qui ex talibus in se-

& suâ quasi naturâ, (namque Politicam significationem, quatenus ex instituto Figuræ interdum peculiare gentis axioma, provinciam, & tale quid, denotant, nemo in dubium vocabit) aliquam familiarum prærogativam colligere satagunt; quam, juxta gravissimorum Autorum consensum, primi Insignium conditores, seculis maximè incultis, ex inconsulto potius arbitrio, quam exquisito judicio & selectu digmata sua sumserint. Poëtis tamen & Oratoribus ejusmodi conjecturæ materiam inventionis & lusus non inelegantem submini-strare poterunt.

17. Quid de Partitione;

Illâ Tabulâ rectius, quàm ullâ aliâ ratione exhiberi posse videtur. En igitur mutuo sumtam à Dn. Spenero *Part. General. I. C. V. p. 133.* secundum quam deinceps in figurarum recensione progrediemur.

18. Quid sunt figuræ *Honorabiles*, & quæ nominis hujus ratio?

Sunt figuræ technicæ, nihil earum rerum, quas natura vel ars aliàs suppeditant, exactè & indubiè repræsentantes, sed è diversis scuti sectionibus (Respice *Cap. III. qu. 17. 18.*) ab antiquissimis temporibus, ubi non naturalium rerum imaginibus, sed ductibus variis, lineis item & coloribus scuta constiterunt, essentiam su-

am nactæ; quamobrem etiam honorabiles dicuntur non simpliciter, & quasi æstimatione Politicâ honorem cæteris præripiant, sed quod æstimatione technica, cumprimis propter simplicitatem, antiquitatis notam, ab Artis Heraldicæ peritis singulari in pretio habeantur, Gall. *les pieçes propres & honorables*, Germ. die Ehren-Stücken/ Ehren-Bilder.

19. Nonne ad meliorem notitiam quasdam earum affectiones in genere recensere licet?

Id facilè fuerit, & quidem ab externæ formæ modis ita discernuntur, ut, quædam appareant fluctuantes, & undulantes Gall. *on des* ou *ondoyés*, geflüthet/ Wellen-weise gestaltet; *Fig. 39.* quædam dentatæ, dentibus vel majoribus *danchés*, vel denticulatæ minoribus, *dentelés*, *Fig. 19. 20.* item dentatæ alternatim, alternantibus quoque interdum coloribus, *endentés*, eins umbs andere bezähnet; quædam striatæ, *engrelés*, rund gespützelt/ aut tuberculatæ, seu imbricatæ, *canelés*, buckelicht ausgekerbet/ schuppicht/ mit Buckelen oder Schuppen; *Fig. 21.* quædam pinnatæ, mit Zinnen/ *Fig. 17.* & quidem ut pinnæ vel sint in superiori parte, *crenelés*, mit einfachen Zinnen oben/ vel in inferiori, *batillés*, mit einfachen Zinnen unten/ vel utrinque, modo è regione oppositæ, *bretessés*, mit gedoppelten Zinnen gerade gegen einander

der über / modò alternantes, *contrebreteſsé*, mit zu beyden Seiten abgewechſelten Zinnen/ quædam tortuoſæ ſeu ſcalatæ, *vivrés*, *Fig. 40.* eckig gezogen; quædam truncatæ, *arborés*, *recoupés*, geſtimmelt/ von geſtimmelten Aeſten; *Fig. 41.* quædam teſſelatæ, *echiquetés*, gewürfelt/ geſchachtet/ *Fig. 108.* (& quidem, ut ita vocari poſſint, areolas ad minimum 20. requirunt, aliàs ſi novem, uſurpant vocem *equipollé*, alternatim diverſis coloribus teſſelatum, æqui polliret) quædam rhombatæ *lozangés*, rautenformig/ *Fig. 109.* quædam cantheriatæ, *chevronés*, beſparret/ *Fig. 103.* quædam clathratæ, *frettés*, gegittert / *Fig. 112.* & ſi clathris anguſtioribus, *treilliſsés*, eingegittert/ quædam diverſi colores, *diaprè*, geſprenckelt; quædam nebulatæ, *nebulés*, gewölcket/ *Fig. 22.* quædam patulo ore leonum, draconum, &c. exceptæ, *engoulés*, eingeſchlungen / quædam plinthidibus, faſciis, palis, baltheis (*), triangulis, aliisque figuris diſtinctæ, quæ omnia ex infrà dicendis cognoſci poterunt. Aliæ affectiones figurarum honorabilium ſunt, ubi interdum margine circumdantur, Gall. *bordés*, bordieret/ *Fig. 106.* aliquando oram ſcuti non attingunt, & quidem

(*) *Faſciis Palis &c.*) Scilicet non integris: nam ſic eſſent ipſæ Figuræ Honorabiles; Sed tantummodo dimidiatis ſeu reſectis, potius partibus dictarum Figurarum.

vel utrinque, *alesés*, schwebend / abgekürtzet/ *Fig. 42.* vel non à dextra, *alesés, adextrés*, rechts schwebends/ rechts abgekürtzet/ vel non à sinistrà *alesés seneſtrés*, lincks schwebend/ lincks abgekürtzt/ aliquando altiori, quàm par erat, loco ponuntur, *hautés* erhöhet / *vid. quæſt. 24.* aliquando humiliori, *abbaiſsés*, geniedrieget. Ut cæteras taceamus.

20. Quotuplices sunt Figuræ Honorabiles?

Duplices, primi & secundi Ordinis. Tametsi enim Meneſtrierius scuti *Partitionibus*, & *diminutionibus Figurarum primariarum* peculiares Classes adsignet, easque adeò quatuor faciat, *Abbreg. Method. des arm. p. 23.* Item *la ſcience de la Nobleſſe, p. 16.* malumus tamen brevitatis studio omnia ejus ad dichotomiam revocare, quùm de *Partitionibus* jam suprà actum, *Cap. III. qu. 14. Cap. V. qu. 4. Diminutiones* verò ad secundum ordinem commodè referri queant.

21. Quænam ergò sunt Figuræ Honorabiles *primi Ordinis?*

Eæ numero saltem indigitandæ, gradu aliàs vel excellentia secundis haud quidquam superiores. Recipiuntur autem in earum numerum à Vulsonio, *Scient. heroique Cap. 13. pag. 98.* hæc decem: *Chef, faſce, bande, barre, pal, chevron, croix, ſautoir, bordure* & *orle*, quibus Meneſtrierius, *le Veritabl. art. du blaſon, cap. 4. p. 118.*

p.118. addit *le franc quartier* & *le pairle*; & his insuper idem alia quatuor, *le chef pal*, *la champagne*, *le giron*, & *l' ecusson*; *Abbreg. method. des armes*, *p.33* de quibus nunc ordine.

22. Quid est *Chef?*

Est gentilis parmæ apex, tertia scuti parte superiori constans, diversâ plerumque a reliquo scuto tincturâ apparens, & Gallis frequentior, Latin. Caput scutarium, cephalus, titulus, coronis, vertex symbolicus, tesserarius, German. Schildes-Haupt. *Fig. 43.*

23. Numquid porrò in eo considerandum?

Variè efficitur. Interdum enim sola tinctura (quæ si genere eadem cum scutaria, v. gr. si caput coloratum scuti quoad cætera etiam colorati, vel metallicum Scuti metallo tincti, Gallos *chef cousu* appellare jam monuimus, *Cap. IV. quæst 16.*) interdum figuris inscriptis constat. Aliquando dentatum aut denticulatum, aliquando nubilatum Gallis, *enté* ou *assemblé en façon de nebules*; tesselatum, pinnatum, aliisque brevi antè indigitatis modis conspicitur. Quandoque nudum, quandoque tegumentis quibusdam coopertum est, quod Galli *chef ouvert*, *chef couvert*, aliquando etiam margine circumdatur.

24. Num quoque *multiplicationem* admittit?

Monstrosa res capitum pluralitas. Quò minus tamen diversæ unius ejusdemq; cephali in scuto partes concipi queant, nihil impedit, v. gr. ut duæ ejus tertiæ superiorem tenentes locum à tertia diversi coloris quasi supportentur; & versa vice suprema tertia capitis distincto colore gaudens reliquis velut immineat quorum hac Gallis *chef surmonté*, überstiegen / illud *chef soutenu* unterstützet. *Fig. 44. 45.* nominatur. Nec inepta tamen videtur eorum sententia, quià hactenus ita dictam illam cephali tertiam pro fasciolâ altiori locô positâ *haussé* agnoscunt. Vid. Spener. *Theor. Insign. Part. I. Cap. V. Sect. 1. membr. 1. num. 11.*

25. Quid est *Fasce?*

Est Figura scutaria, tertiam & quidem mediam parmæ partem ductu transversô occupans. Latin. Fascia, zona, trabs transversalis, batra, trames. Germ. Band / Binde / Strasse / Quer-Balcke. *Fig. 46.*

26. Quid etiam huic præcipuè accidit?

Similiter vel nuda conspicitur, & solâ tincturâ constans, vel variis vestita figuris, iisque vel fasciæ inscriptis, *chargé*, vel ad latere additis, *accompagné*, vel utroque modo conspicuis, *accoté, cotoié*. Porrò fasciæ ratione formæ vel stria-

ſtriatæ, vel dentatæ, & denticulatæ, vel tortuoſæ, vel pinnatæ, vel undulatæ, nubilatæ, truncatæ, rhombatæ, clathratæ, teſſelatæ, triangulis diſtinctæ &c. Item ſunt nonnunquam ornatæ, ſeu ornamentis variis excultæ, v. gr. reticulatæ, laciniolis & filis aureis variegatæ, mit güldenen Spitzen umſetzet. Gall *bordé. Fig. 47.* Tandem ſunt vel integræ, vel ſectæ, qua transverſim, qua perpendiculariter, utraque parte peculiari tinctura conſtante. Gall. *faſce parti*, ein getheilter Balcken. *Fig, 48.* Interdum quoque marginem ſcuti, utrinque non attingunt, quas Galli *hameydes*, ſchwebende Bande/ Qveer-Balcken/ oder Läger appellant. *Fig. 42.*

27. Sed hæc ſine dubio *multiplicationem* admittit?

Admittit utique. Sed diſtingvendum tamen eſt inter Sectionem Scuti in ductûs numero æquales & inæquales, ne ſolum Scuti cum Faſciis confundamus. *Ubi* enim *ductûs tincturarum alternantium ſunt numero pares*, v. gr. *quatuor, ſex, &c. tunc campus vel ſolum à faſciis diſcerni nequit, indeque neutri eorum formaliter & propriè pro faſciis, ſed omnes potius Scuti per lineas parallelas ſectiones pro ductibus ſimpliciter habendi.* Vid. *Cap. III. quæſt. 23. Ubi verò ductus numerô impares, computatô ſcilicet in iis Capite & cuſpide, vel etiam aliquâ laterculi par-*

te majore fuerint, v. gr. 3. 5. 7. 9. &c. *ibi ductuum pluralitas soli indicium est, & ductus ejusdem, tincturæ numero pauciores fascias constituunt.* Hinc etiam in recensione, in der Visirung/ ejusmodi Digmatis huc differentia inter ductûs seu Fascias numeri pares & impares probé observandum venit. Quodsi enim appareant v. gr. duæ rubræ, & tres albæ, hoc ita exprimentum: Zwey rothe Bande in silbern Felde; ubi verò ex. gr. tres rubræ totidem albæ. hôc modò: Vier Bande in roth und Silber abgewechselt. Eadem Observatio obtinet puoque ad sequentes, scil. *Bande*, *Barre* & *Pal.* Dicitur tale Scutum *fascé*, fasciatum, ein gefaschter Schild. Et probè notandum, quod si ejusmodi multiplicatione tum hæc, tum reliquæ Figuræ sequentes debitô spaciô imminuantur, eædem ad *secundi ordinis* Figuras pertineant. *Conf. quæst. 55.*

28. Quid est *Bande*?

Est Fig. sc. tertiam, & quidem mediam Scuti partem ductu diagonali seu obliquo dextro occupans. Lat. Baltheus. Fascia seu tænia obliqua, radius diagonius, barbarè bandentia, benda, German. der rechts-Schreg-Balcken/ schieffliegender/ schieff von eck zu eck gehender Streb- oder Zwerch-Balcken. Alibi das Gehänge/ *Fig. 49.*

30. Quid

30. Quid est *Barre?*

Hæc Figura quum à Baltheo dextro solò tantum situ abeant, in cæteris omnibus conveniat, non opus est, ut circa eam simus operosi. Dicitur Latinis Baltheus sinister, Fascia, & tænia obliqua sinistra, fissura quibusdam, der lincks Schreg-Balcken / von lincken Oberwinckel herabgehender Balcken / alicubi, der Riemen. Cæterum Gallotum quorundam error (*) hic non prætereundus, qui, ut videtur, decepti voce suâ, quâ hancce Figuram quoque denotant, *contrebande*, Baltheum sinistrum semper illegitimæ nativitatis indicem esse putant, non sanè citrà gravem in splendidissimas Domus injuriam, quod si igitur huic denotandæ aliquando similis Figura adhibetur, certè Baltheus sinister, quâ Figurâ Honorabilis primi vel secundi Ordinis non erit, sed potius *tænia*, seu tenuis quidam ductus, pro *Discerniculo* inserviens. Et sanè apertam contradictionem involveret, si Figura aliqua Honorabilis inhonestæ nativitatis criterium esse deberet. Quod si igitur in Galliâ Spurii gentilitiis parmis discerniculi loco ejusmodi tæniam inducere tenentur, ideò tamen de

(*) *Gallorum quorundam error*) Du Val: *la Barre marque d' ordinaire bastardise. De la êt venu le proverbe*: Etre, de Contrebande, être de coté gauche. *Observat. Sur le Blason, p. 8.* Idem sentit Sesoing. *Thresor. Herald. p. 2. p. 51.*

omnibus idem sentire non licet, nec huic digmati in se quidquam vitii inhæret. Rectius judicat Joan. Labourer. *de l' Origin. des arm. num. 117. la barre n' est pas marque de bastardise, que quand elle est opposée sur un autre blason; autrement elle passe pour un enseigne legitime & honorable.*

31. Quid est *Pal*?

Est figura sc itidem tertiam mediam scuti partem ductu perpendiculari occupans. Latin. Palus, statumen, cippus, columna. German. Pfahl. *Fig. 50.*

32. Quænam hujus sunt affectiones & accidentia?

Quo minus eædem divisiones & differentiæ, imò & multiplicationes, quæ præcedentium fasciarum & baltheorum fuerant, & huic applicentur, nihil omninò obstat. Modo iis quædam huic peculiaria, quod scilicet aliquando pali inferius acuminati, *au pied fischés*, *Fig. 51.* & dimidii seu superius decurtati, *abaissés*, & ad latera quasdam alias figuras habeant comites, *flanqués*, flaquiret/ beseithet/ adjiciantur.

33. Quid est *Chevron*?

Est figura duo tigna, tertiam scuti parte explentia, cantheriorumque in modum juncta vel crucis decussatæ dimidiam partem referens. Lat. Cantherius, fastigium, tholus, jugum, quibus-

busdam etiam signa capitalia, quia in domum fastigiis instar capitis ponuntur. German. die Sparren/ *Fig. 52.*

34. Quænam ei accidunt?

Quædam cum superioribus communia habet, plerasque scilicet divisiones & differentias. imò ipsam quoque multiplicationem; quædam verò peculiaria; & quidem tùm ratione superficiei, ubi aliquando est vertice obtuso, *la pointe coupée*, *coupé en chef*, abgeschnitten vel hians in supremitate, *brisé* ou *rompu*, abgebrochener Sparren/ *Fig. 53.* Sed si in medio fractus, *falli* betrogner Sparren dicitur; tùm ratione situs, ubi occurrit modò inversus, *versé* seu *renversé*, umbgestürtzter Sparren/ modò versus dextram lævamvè apicem protendens, *couché*, *tourné*, ligender Sparren; modò occultato vertice, *peri en chef*, verdorbner/verlohrner Sparren/ modò obversis sibi invicem cuspidibus, *contrepointé*, Spitze gegen Spitze kehrende Sparren/ & quidem juxta longitudinem scuti, *en pal*, vel juxta latitudinem, *en fasce*, Pfahl- oder Band-weise.

35. Quid est *Croix*?

Est Figura scil. duo tigna recta tertiam Scuti partem occupante, in crucis modum compacta repræsentans: Lat. Crux, crux plana, *croix plaine*, *Fig. 54.* (ad differentiam scil. crucis decussatæ, seu Andreanæ,) ein Creutz/ ein gemeines quar-

quartiertes viereckigtes Creutz. Medium figuræ Galli *cœur* cor, & si quid illi inscriptum, *en cœur*, angulos *cantons*, die Winckel-Ecken / & si quid hisce insertum, ab eô ipsam crucem *cantonné*, in Ecken besetzt / e. gr. *cantonné de quatre aiglettes*, in angulis quatuor aquilulas habentem denominant.

36. Quasnam hujus habes differentias?

Uti quoad tincturas & divisiones cum antecedentibus ferè convenit ; ita tamen præterea aliquot modis peculiariter affecta deprehenditur. *Primò* ratione extremitatum crux alia est pedata, seu in latitudinem quandam, velut in pedem desinens ; ein ausgerundetes flaches Creutz ; *Fig. 55.* alià pendula, *coupeé*, *alezeé*, *raecourcie*, ein schwebendes abgekürtzetes Creutz ; alia liliata *fleuroliscé*, ou *florencée de France*, ein Lilien-Creutz / *Fig. 56.* alia trifoliata, seu triphyllata, *treflée*, ein Klee-Blätter-Creutz / quæ Ordini S. Lazari (*) propria ; *Fig. 57.* alià anchorata, *ancrée*, ein Ancker-Creutz / *Fig. 58.* alia furcata, *fourchée*, *fourschette*, ein Schweinsfeder- oder Gabel-Creutz / *Fig. 59.* alia

(*) *Ordini St. Lazari propria*) Ordo hic apud Sabaudos clarus est. Post etiam tempore Ludovici junioris in Gallia receptus. Latè eum describit Bernardo Giurtiniano, *Historie della vera Origine di Tutti gl'ordini Equestri*, *Capitol. 2.* Conf. Spener. *l. c. pag. 1. C. VII. §. 15.*

alia circinata, *cerclée ou recerclée*, ein Circkul-Creutz; *Fig. 60.* alia serpentina, *gringolée* & *guivrée*, quamvis cum hac differentia, ut illa talis dicatur, quando sola serpentum Capita in extremitatibus apparent; hæc verò, quando ipsæ quatuor partes ex totidem dimidiis serpentibus componuntur Schlangen-köpffigte Creutz/ *Fig. 61. 62.* alia patibulata *potencé*, *repontnecée* Krücken-Creutz/ *Fig. 63.* alia brachiata, seu cruciata, *croisée* & *recroisetteé*, Wieder-Creutz/ *Fig. 64.* alia spiculata simpliciter *fichée*, *au pied fischée*, Nagelspitz-Creutz/ *Fig. 65.* alia columnaris, *bourdonné* Kugelstab-Creutz, *Fig. 66.* & *pommelée* quasi pomis ornata, Aepffel-Creutz/ quando ea crucis extrema non attingunt, *Fig. 67.* alia hamata, *garni d' hameçons*, Hacken-Creutz/ *Fig. 68.* alia graduita, *péronnée* vel *enserrée de trois*, *quater &c. degrés*, Stuffen-Staffel-Absatz-Creutz/ *Fig. 69.* alia sagittalis vel barbata, *barbée*, Pfeil-Creutz/ alia stellata, *etoillée*, Strahl- oder Stern-Creutz/ alia denique lunata, *croisantée*, Mond-Creutz. Omnes illæ cruces, quarum extrema per acutam aliam figuram, v. gr. radios, clavos, &c. terminantur, Gallis in genere *anglées*, beecket salutantur. Nonnulli etiam huc referunt *le fer de moulin*, ferrum molendinare, das Mühl-Eisen/ ex quo *croix de moulin*, crux molendinariis conficiatur. Figuram ferri vide infra *Quæst. 94. huj. Cap. Fig. 88. secundò* ratione formæ, quæ aliquando tota

ta fermè ab ordinariâ crucis imagine abit, ut sunt crux Antonii (*), *Potence de St. Antoine*, literam T. repræsentans. *Fig. 70.* Crux Patriarchalis, Archi-Episcopalis seu Lotharingica, *Croix de Lorraine*, das doppelt Lotharingisch oder Spanische Creutz/ *Fig. 71.* Crux Melitensium Equitum, *de Malthe*, Maltheser-Creutz/ *F. 72.* Crux Tholosana, *de Toulouse*, Tolosanisch-Creutz/ (**) de qua quia claviculata quasi, usurpant terminum *clechè*, Schlüsselring-gestaltet/ *Fig. 73.* Crux Jacobi (***), *Croix de S. Jaque*, das St. Jacobs-Creutz/ nonnullis Avisia, (****) seu Ordinis Avisii, *Fig. 74.* *Tertio* ratione partium, ubi non semper ex lineis, sed quandoque rebus aliis v. gr. Byzantinis nummis contiguis, inde *croix besantée*, Müntz-Creutz/ *Fig 75.* rudentibus invicem flexis, *cablée*, geflochten Schiffseil-Creutz/ *Fig. 76.* ramis præfectis, *eccoté*, gestümmelt Ast-Creutz/ *Fig. 77.* maculis. *maclée*, rautenweiß durchbrochen Creutz/ *Fig 78.* caudis hermionicis, *herminée*, ou *d' hermines*, Her-

(*) *Crux Antonii*) De Ordine St. Antonii & Insignibus vid. Bernardo Giustiniano, *l. c. Cap. IV. pag. 69.*

(**) *Crux Tholosana*) Olim Comitibus Tholosæ usurpata.

(***) *Crux Jacobi*) Vid. Giustiniano, *l. c Cap. 15.*

(****) *Avisia*) Ab urbe Hispan. Avisiô, ubi ordo cœpit. Sunt tamen, qui Ordinem Equitum Avisii distinctum faciunt ab Ordine St. Jacobi, Giustiniano, *l. c. c. 38.* Spener. *l. c. §. 33.*

Hermelin-Creutz / *Fig. 79.* cymbalis variis, *vairée*, Feh-Creutz / *Fig. 80.* chordis, *cordée*, Schnüren-Creutz / imò pinnis, teſſelis, clathris & ſimilibus conficiuntur, variisque modis, ut aliæ figuræ honorabiles, afficiuntur. *Quartò* ratione ſitus, aliquando ſtaticulum crucis, der Fuß / longius eſt cæteris partibus, & Gall. dicitur *croix hauſsée.*

37. Num etiam multiplicari poteſt?

Crucem idſam, ſi totum replet Scutum, repeti non poſſe res ipſa loquitur. Poſſunt tamen cruciculæ vel ſolæ, vel cum majori ſociatæ.

38. Quid eſt *Sautoir*?

Eſt Fig. ſc. ex duobus tignis obliquè & decuſſis in modum commiſſis, tertiam Scuti partem occupantibus, conſtans. Lat. decuſſis, & Crux Andreana. *Croix de St. Andrê*, ein Andreas / Schreg- oder Uberzwerg Creutz; Item Burgundica, *Croix de Bourgogne*, Burgundiſch-Creutz / quia à Regibus Burgundiæ in honorem Sancti Andreæ primum in Inſignia receptum fertur. *Fig. 81.*

39. Acciduntne huic, quæ cæteris communia?

Plurima quidem, ſed tanta tamen varietas, quanta cæterarum, in exemplis vix ocurret. Quoad multiplicationem eadem dicta ſunto, quæ de Cruce præcedenti.

40. Quid

40. Quid est *Bordure*?

Est Fig. scuti parmam fimbriæ vel limbi ad instar undiquaque ambiens, ejusque itidem partem tertiam constituens. Lat. Limbus. orarium, fimbria, die äussere Einfassung/ Bordirung/ Umbschweiff/ Rand. *Fig. 82.*

41. Num semper Figuræ Honorabilis locum habet?

Juxta placita Artificum tùm demum, quando Scuto aliâ figurâ prorsus vacui circumducta deprehenditur, pro Principali & Honorabili Figura haberi debet; quod si vero parmulæ aliis digmatibus jam exornatæ, solius discriminis causa, ad discernendas scilicet Familias & earum lineas, *vid. Cap. VI. quæst. 5.* accedat, tunc accessionis potiùs, quàm emblematis honorabilis vice fungi censent. *Fig. 148.*

42. Sic igitur, quia Limbus separatus est à medio Scuto, de ejus tinctura certi quid tenendum?

Distingvendum puto, utrum una sit & simplex Scuti illius tinctura, quod casu lege de colorum metallerumque alternatione suprà *Cap. IV. quæst. 15* memoratâ utique standum; an vero ex colore simul & metallo compositum sit, ibi utroque etiam fimbriam exornare licebit.

43. Con-

43. Constabunt sine dubio & huic suæ affectiones?

Si vacuô Scutulô, quod ambit, medio proprie Figuræ Honorabilis locum habet, tùm rarius ex modorum supra recensitorum aliquo affecta videtur, nisi quod dentes, striæ similiaque nonnunquam appareant. Aliud est, si parmulâ aliis figuris ornatâ limbus discriminis saltem gratia adjiciatur, *dict. Fig. 184.* tùm enim interdum Figuræ isto in limbo repetuntur, interdum segmentato opere limbus ornatur, & quidem tincturis vel iisdem, quibus scutum gaudet, vel aliis. Gall. *componè*, *Chassaneo Componata p. 32. b.* mit zweyerley Farben versetzet/ *Fig. 83.* Quod si e. g. cum Fasciis in medio Scuto alternatim positis, tincturæ limbi alternant, *contrecomponé*, mit des Schildes gewechselten Farben besetzet appellant. *Fig 84.* Interdum planè aliis Figuris limbus ornatur. Cæterum eundem multiplicari non posse ex eô patet, quia limbi interiores, ut jam dicetur, aliam figuram constituunt.

44. Quid est *Orle?*

Est Figura scuti Scutulum medium exteriori limbo circumdatum simili ductu interius ambiens; Lat. orula, peribolum, limbus interior, Germ. des Schildes Saum/ Kragen/ oder innere Einfassung. *Fig. 85.* Dicitur etiam Gallis quibusdam *Trace.*

45. Quomodo differt à Limbo?

Primùm loco; Limbus enim orulam in se continet. *Secundo* mensura; latior enim Limbus exterior interiori; in cæteris quoad affectiones plerasque conveniunt, nisi quod oruta multiplicatur, sæpe etiam liliis, aut aliis floribus, ornatur, Gallis *treſcheur* ou *fleuronné* audit, geblümte Umbfaſſung/ *Fig. 86.* (*)

47. Quid est *Cheſpal*?

Est Figura scuti sed rarior (ut & cæteræ, quæ sequuntur) palum Capiti agglutinatum & formam crucis patibularis antiquæ referens. Ein platt Creutz/ der Haupt-Pfahl/ von Schildes hanpt abſteigender Pfahl. *Fig. 87.* Cui affines, quæ Cephalo baltheum dextrum lævumve, Gall. *Chefbande, chefbarre*, vel etiam cantherium, *Chefchevron* annectunt. Lateralia spacia Laburerius *gouſſets* vocat, quasi subalaria, die Zwickel/ die Beutel/ *de l' origin. des armes, n. 103. ſeq.*

47. Quid est *Champagne*?

Est Figura scuti qua triens inferior, seu pes Scuti peculiari diversoque à reliquâ areâ & ejus-

(*) Hactenus decem Figuræ Honorabiles primi ordinis, quas Meneſtrierius ex veterum Heraldorum disciplina habet. Reliquas, utpote rariores, ipse primus adjecit.

ejusdem figuris tinctu refertur, der Sonn-Fuß/ alias quoque der Boden/ *Fig. 88.*

48. Quid est *Pairle*?

Est Figura scuti, formam literæ Pythagoricæ exprimens, vel etiam furcæ patibularis, inde das Schächer-Creutz / die Gabel. *Fig. 89.*

49. Quid est *Franc-Quartier*?

Est Figura Scuti quartam Scuti partem quadrati dimensione, diversâ à reliquis areæ tincturâ, citra ullam aliam Figuram occupans. Aliàs quadrans honorarius, die ledige Vierung/ das Viereck/ oder der Winckel. *Fig. 90.* Dico autem 1. *diversam habere tincturam*, si scilicet integrum Scutum reliquum unâ simplici areâ constat. Dico 2. *citra ullam aliam Figuram*. Quod si ergò alias Figuras contineat scutum, tùm Quadrans non pro Honoraria agnoscitur, sed tanquam secundaria, & discriminis fortè gratiâ adjecta, (Vid. *Cap. VI. quæst. 5.*) istis cedere debet.

50. Quid est *Giron*?

Est Figura Scuti triangularis, Coni speciem habens, versa ad umbilicum Scuti cuspide, rarò tamen sola & simplex comparens: Ac adeò differt ab eâ, quæ supra, *Cap. III. Quæst. 33.* vocabatur *giron arrondis*. Aliàs pinnula trigonia, triangula, & triquetra, item petalon

trigonum, & scalenus clypiaris, ipsum verò Scutum iis refertum *gironné*, conatum, inangulatum, pinnulatum, petalites, scalenites appellatur. Germanis der Ständer oder ledige Drey-Eck/ oder auch der Schooß. *Fig. 91.* Conf. *Fig. 5.* In recensione conorum numerum decet exprimere.

51. Quid est *Ecusson?*

Est Figura Scuti parmulæ in modum efficta, & clypeo gentilitio cætera vacuo peculiari tinctura inclusa, non tamen una semper, sed quandoque duplex, triplex &c. das Schildlein/ das kleine Schild/ *Fig. 92.*

52. Quomodo ab insito, seu *sur le tout* secerni potest?

Sur le tout semper scuto aliis digmatibus jam repleto, non vacuo, nec semper in medio, sed & aliis in locis inseritur, quæ differentiam satis demonstrant.

53. Cur nihil de affectionibus ultimarum figuratum retulisti?

Non omnino quidem modis, quibus tam in superficie, quàm in extremitatibus afficiantur, destitui docent exempla. At quia id non adeò frequenter, uti superioribus, accidit, eorumq; modorum discrimina pariter & nomina, sicubi occurrant, ex supradictis repeti queunt, ideo cram-

crambem toties coctam denuò apponere tædet. Usque adhuc de Figuris Honorabilibus *Primi Ordinis.*

54. Quænam sunt Figuræ Honorabiles *Secundi Ordinis?*

Novem, nempe diminutiones Figurarum alquot primi ordinis; dein tessellæ, rhombi, cunei, clathri, cuspides, annuli, orbes, plinthides, in quibus, quæ supra *quæst. 19.* pro Affectionibus figurarum Honorabilium primi ordinis habitæ, nunc aliam plane considerationem merentur (*)

55. Quid vocas *Diminutiones* Figurarum (**) primi Orrdinis?

Quando justum & sibi alias debitum spacium sive latitudinem eæ non accipiunt, sed exigua & tenui forma vel unica, vel per antea indigitatam multiplicationem, numero plures ejusdem speciei apparent. Gall. *Diminutions,* die Verjungungen / oder Verringerungen.

(*) *Aliam considerationem merentur*) Nunc enim non ut affectiones aliarum Figurarum, sed, prout ipsæ Figuras constituunt, spectantur.

(**) *Diminutiones Figurarum*) supra *Cap. V. qu 20.* monitum fuit, Menestrierium Diminutionibus (utet Partitionibus) peculiarem Classem seu ordinem assignavisse, idque præter necessitatam, quùm optime & commodè satis huc referri queant, & entia temere non sint multiplicanda.

56. Quibusnam figurarum Principalium eæ contingunt?

Capiti, Fasciæ, Baltheo dextro & sinistro, Palo, Cantherio, Cruci, Decussi, Quadranti Honorario.

57. Quomodo Capiti?

Quando istud angustiori termino, quam tertia cuti parte comprehenditur. Gall. *Comble*: der Gipffel/ *Fig. 93.*

58 Quomodo Fasciæ?

Quando & illa competens sibi spacium non sortitur. Quod fit dupliciter; aut enim solæ tales diminutæ Fasciæ apparent, modò una, Gall *devise*, *fasce en devise* ou *fasce deminuée*, kleine schmahle Streiffen/ oder Binde/ *Fig. 94* modo plures, *burelles*, viele kleine Binden/ unde tale Scutum *burellé*, jugiter minutis tæniis fasciatum; & quidem interdum gemellæ, *jumelles*, doppelt neben einander lauffende Zwillings-Binden/ oder Streiffen/ *Fig. 95.* bis geminæ tergeminæ, *Fig. 96. 97.* interdum triplices, *trierces*, Dreyerlincks Binden/oder Streiffen/ *Fig 98.* Aut majorum & justarum ex uno vel utroq; latere comites. *Fig. 99.* quandoque etiam iis inscribuntur. *Fig. 100.*

59. Quo-

(*) Quod hic de Fascia dictum fuit, interdum in plures minores divisam videri; aliquando majorem comites habere minores &c. idem fere & circa Baltheum obtinet. Hinc etiam apud Gallos *bande jumelle*, ou *bandes jumelles.*

59. Quomodo Baltheo?

Eodem plane modo, ut Fasciæ. Gall. *Cottite* seu *bandelet* (**), ein Nestel/ alias quoque *filet*, ein Faden/ & *baton*, ein Zwerg-Stab/ sed cum apposito, si dexter, *baton en bande*, & *filet droit*, ein rechter Zwerg-Stab/ oder Zwerg-Faden/ sin sinister, *baton on barre*, & *filet gauche*, ein lincker Zwerg-Stab/ oder Zwerg-Faden/ *Fig. 101.*

60. Quomodo Palo?

Huic non adeô frequenter evenit, inrerdum tamen ejusmodi diminutus alii majori inscribitur, Gall. *vergette* vel *baton* simpliciter, virgula, eine Ruthe/ Stab / Stock / *Fig. 102.*

61. Quomodo reliquis.

Rarius his quoque diminutiones obtingunt, ideo earum nomina tantum indicasse sufficiet. Cantherius diminutus, Gallis *êtaye*, quasi statumen, eine Stütze/ audit *Fig. 103.* Crux, *filet en croix*, ein Creutz-Faden / *Fig. 104.* decussis *filet flanchis* seu *flanquis*, ein Schreg-Creutz-Faden/ *Fig. 105.* Limbus, *filiere*, eine Schnur / & quia hic fere semper striatns, *engrelure*, Rund-spitzlein/ *Fig. 106.* Quadrans honorarius, *franc canton*, der kleine Winckel/ *Fig. 107.*

(*) *Bandelet*) Unde Uptono & aliis *Bendula* dicitur.

62. Perge nunc ad reliquas Figuras Secundi Ordinis, & quidem primo ad Tessellas?

Tessellæ, *echiquiers*, à forma istius instrumenti lusorii nomen habent, unde area talibus repleta, *echiquetée*, *echequée*, tessellata, barbare scaccata, geschachtet (*)/ gewürffelt/Schachtzogel/viereckte Spän. Tincturis non tantum binis alternatim positis, sed & tribus quandoque efformantur, & per certos, octo (**) ad summum, Ordines, Gall. *traits*, *tires*, Reihen/ disponuntur.

63. Profer secundam notam.

Ea sunt Rhombi, seu tessellæ lingulatæ, *lozanges*, Rautenstein/ schreger Schach/ unde area *lozangée*, rhombulata lingulata, oxygonia, Rauten-Schach- oder schrege Schach-gesteintes Feld. *Figur. 109.* Et quum rhombi angulis modò acutioribus, modo obtusioribus incumbentes, à tessellis formâ tantum differant, cætera de hisce dicta illis quoque applicari possint, nisi quod

(*) Alii vocant gewecht; Sed minus rectè, quia hæc vox *Rhombis & Cuneis* tribuenda. Spangenberg vocat Spän. Est autem hæc Figera honoratissima & antiquissima. Spener. *l. c. p 187.*

(**) *Octo*) In specie notandum est, quod si Scutum novenis tessellis exornatur, Galli vocent *points equipollés*. German. Schach von neun Felderu.

quod rhombi interdum circa umbilicum angulosо vel orbico foramine hiscant, sic ut baseos scutariæ tinctura transpareat, unde ille rhombus plinthotretus, *macle*, ein eckicht ausgebrochener Rauten/ hic cyclothretus, *rustre*, ein rund-ausgebrochner Rauten/ oder Wiederneid vocantur. *Figur. IIo.*

64. Recense tertiam.

Eam constituunt Fusi seu Cunei, Gall. *fusées*, *fusi*, Spindel/ Wecken/ Figura itidem quadrangula, sed angulis duobus longè acutioribus, ut quadantenus fusum mulierum, eine Spindel/ aliis aciem bipennis militaris seu Martiobarbuli, aut aliud, nescio quod, instrumenti bellici genus referre videatur. Dicitur etiam aliquando Figura *amygdalata*. Isthi cunei vel totum Scutum replent, quod Gallis *fuselé*, vel partem ejus faciunt, & modò cohærent instar balthei, fasciæ, pali, &c. quæ figuræ *bandes*, *fasces*, *paux fusilés*, fusilatæ inde dicuntur; modo seorsim positæ conspicuntur. *Figur. III.*

65. Prome quartam.

Hanc absolvunt Clathri, cancelli, *frettes*, Gitter oder Netze. Inde Scuta *fretés*, gegittert/ & quidem tæniis vel rectis, vel obliquis solum scuti in quadras secant. *Fig. III.*

66. Enumera quintam.

Ea est Cuspidum seu Pilarum, Gall. *Pointes*,

Piles, Spitzen / Seulen / ad Pyramidis modum, situ tamen vario, dispositarum ; undè etiam varia, imprimis apud Gallos, sortiuntur nomina, quamvis in eo conveniant omnes, quod duabus lineis, quandoque paululum incurvatis, Conf. *Cap. III. qu. 20.* in angulum coëundo formam quasi Pyramidalem pariant. Sicubi ergo in ipsum scuti caput cuspis producta, eine auffsteigende Spitze / Gallis *chappé*, *mantelé*, vocatur. Si inverso situ cuspis in scuti basin desinit, Galli voce *chaussé* utuntur, & ipsam figuram *pile* ou *chappe renversée* herabsteigende Spitze vocant. Si cuspis velut jacens in dextrum sinistrumvè clypei latus porrigitur, id Gallis est *embrassé à dextre* ou *à senestre*, rechts oder lincks liegende Spitze. Denique si diagonaliter posita cuspis baltheum dextrum aut lævum referre videtur, *pointe en bande* ou *en barre* Gallis salutatur, eine schregliegende Spitze. Nonnunquam cuspides in scuto alternis coloribus multiplicantur, eâdem ut dixi, situs variatione, quale scutum, si sursum aut deorsum ductæ cuspides, *emmanché*, Spitzenweise auff- und abwerts getheiltes / sin fasciæ ad instar in latus, *emmanché en fasce*, seitwerts Spitzenweise getheiltes Schild. Galli nominari solent. *Vid. Fig. 10. 11. 12. 13. 14. 15.* Multi etiam hanc Figuram pro specie dentationis habent, & ideò runcinas dentibus implexas vocare non dubitant. *Fig. 113.*

67. Re-

67. Refer Sextam.

Eam dant Annuli, *annaux*, *annelets*, Ringe/ gemmis non distincti (talibus quippe ornati ad Figuras artificiales referuntur) vel singuli, vel plures, iique modi in pali, fasciæ aut balthei modum dispositi, modo sibi invicem innexi, *enlassez*, vel se invicem includentes, *virés l' un dans l' autre*. *Fig. 114.*

68. Cedo Septimam.

En Orbes, globos, aut pilas, olim tufas nominatas. Galli communiter, si metallis constant, *besants*, i. e. nummos Byzantinos, Müntz-Wappen-Pfennige / si colore, *tourteaux*, i. e. placentas, sin utroque, *tourteaux-besants* ou *besants - tourteaux* adpellant. Harsdorfferus ita discernendos putat, ut colorati pro orbibus, Kugeln/ aurei pro pillulis, Pillen/ argenteo pro pilis, Bälle habeantur. *Fig. 115.*

69. Expecto nunc Octavam & ultimam.

Accipe Plinthides, *billets*, schedulas Brieffe/ Zättelgen. Quamvis alii imaginem cohortium bellicarum, seu cuneorum, alii laterum, seu laterculorum, Ziegelspäne / oder Ziegelsteine / vel Steine simpliciter in iis quærant, quùm extantem aliquam spissitudinem, quali lateres pingi solent, præ se ferre videantur. Cæterum modo solitariæ, modo ut accessoria alterius

rius figuræ visuntur, situ interdum recto, interdum obliquato, interdum quoque transverso, tanquam cubantes. *Fig. 116.*

70. Satis de Honorabilibus. Ordo nunc vocat ad *Figuras Vulgares.* Ecquænam in illis primæ?

Quum artificialibus præstant NATURALIA, in his autem *animata* inanimatis, & in animatis homo cæteris meritò anteponatur, Tabula nostra duce de humanis omnium primo erit agendum.

71. Quomodo HUMANA repræsentantur?

Exhibentur modo homines integri (quandoque etiam cadavera humana,) modo dimidii seu hermæ, Gall. *buſt. Fig. 117.* modo eorum quædam membra, nec non ossa.

72. In integris nonne est aliqua differentia?

Utique. Nam ratione sexus, mares aut fœminæ; ratione ordinis, personæ sacræ, monachi scilicet & sancti (quo refer humanam personam indutos Deos, Deasvè & Angloes) & seculares, v. gr. Reges, milites, equites; ratione ætatis, pueri, gemelli interdum, juvenes aut senes, ratione habitus, nudi, vestiti, & quidem vario vestium genere, ratione situs erecti, aut incurvati, facie vel plena, *de front*, vel aversa, *en pourfil*, ratione colorum albi, aut nigri seu Mauri &c. apparent.

73. Quæ-

73. Quænam ex membris humanis huc ſpectant?

Tam interna, quam exrerna omnia, quæ honeſtè oculis patent, adhiberi poſſe non eſt dubium, uſu tamen obtinuit, ut præter Capita (interdum capillata, capillis aliô colore tinctis, *chevelé*, behaaret/) & oculos, manus & brachia, (brachium dextrum cum manu protenſum Gall. *dextrochere*, die treue Hand; dextras junctas, *foy*, die geſchloſſen Hände/ palmam, *apaumé*, flachhändig/ & *main apaumé*, die flache Hand appellant) crura & pedes ex externis, præterque cor ex inteſtinis vix aliud quidpiam in Inſignibus recipiatur.

74. IRRATIONALIA ſuccedunt; quid circa hæc expendendum?

Situs & Ordo. *Situs* eorum ſpectatur tùm in ſe, tum ratibne laterum. In ſe *quodlibet ordinariè ſitu ſuo maximè naturali, & quem actus ejus eminentior requirit, exprimendum*; v. gr. Leo rectus, & pedibus poſterioribus inſiſtens, velut ad pugnam ruat, *rampant*, klettend; Leopardus, *paſſant*, lauffende/ curſu velox, equus *gai*, muthig/ ohne Sattel und Zeug/ ovis *paiſant*, paſcens, weitend; Aries, hædus & capra *faillants*, ſalientes, ſpringende/ Cervus *elancé*, fugitivus, flüchtig/ Canis, ſciurus, *aſſis*, ſedentes, ſitzend/ Avis *volant* volans, fliegend/ interdum *perche*, in pertica, vel frondibus ſedens, nie-

dergelaſſen / aut, ſi aquatilis, natans, *nayant*, ſchwimmende; Dephinus *courbé*, incurvatus, gekrümmet. Reſpectu laterum, & quidem ſi ſingula, apud Gallos & Italos fere perpetuò in dextrum ſcuti latus convertuntur, obtorto tamen nonnunquam collum ſiniſtrum reſpicientia. Gall. *regardants vers ſa queque*, zurück ſehend / quod apud nos non adeo ſtricte ſervatur, ſed ſæpe etiam in lævam converſa, *contournés*, lincks gekehret / conſpiciuntur; ſurſum tendentia verſus ſcuti cephalum & recta, *montans*, auffſteigende vocantur. Plura vero ubi fuerint, vel omnia eodem ponuntur ſitu, vel diverſo ab invicem, & tum quidem vel adverſa, *affrontés*, ſeu *jouants de la patte*, ut alia aliis oculos & pedes, vel averſa, *adoſsés*, ut dorſa ſibi invicem obvertant. Vid. *Quæſt. 14. huj. Cap.* quæ ſi quaſi gradientia, *contre paſſants*, von einander gehende dicuntur; Quod *Ordinem* attinet, vel juxta ſe invicem, vel alia ſuper aliis perpendiculariter, aut tractu obliquo, vel decuſſatim, vel ad modum literæ Pythagoricæ, vel alia quavis commodiori ſerie collocantur. Reſpic. ad *quæſt. 8. 9. 10. 11. ſeqq. huj. Cap.* Ubi tamen diſtingvendum, utrum animalia ſint homogenea, an heterogenea. Hactenus dicta potiſſimum de illis procedunt; quoad hæc obſervant, ut fera, tanquam nobiliora (quid de hac nobilitate cenſendum, vide Agrippam, de *Van. ſcient. d. l. p. 420.*) dèxtro, domeſtica & cicuria ſiniſtro loco conſtituantur. 75. Num-

75. Numquid porro iis accidit?

Ut aliqua saltem commemoremus, pinguntur ea similiter, ut humana, (a), integra (b) defectuosa, ut vel certis membris careant, *defaits, etelés,* verstümmelt / v. gr. merulæ apodes, aquilæ acephali, *decapités*; vel dimidio corpore, imò solo fere capite, Galli *naissants* wachsende oder hervorsehende appellant, & animalibus hunc in modum formatis, & ex alia figura prorumpentibus speciale nomen *issants*, tanquam egredientium herfürbrechend imponunt. *Fig. 118.* (c) Certa tantum eorum membra & partes, eæque vel absciſſæ & planæ, *coupés* glat abgeschnitten/ vel evulsæ & rasæ, *arrachés*, abgerissen. Porro iisdem accidit, ut ore, rostro, ungulis quid tenentia, aut vestimentis induta, monstrosa item & chimærica, additis membris quibusdam alienis (*), & è diversis speciebus composita forma (in quibus maxime notabiles harpyjæ in pisces, marines, Fischeräu-gig / aut draconum caudas, *dragonnés*, Drachenschwäntzig exeuntes) nec non vultu itidem, ut humana, vel pleno *de front*, vel averso, *en profil* exhibeantur.

76. Hæc-

(*) *Additis membris alienis*) V. gr. Aquila cum capite vulpino, vel hirci, Hippocentaurus, Leo cum capite senis &c.

76. Hæccine ita hactenus sufficiunt, ut ipsas figuras in conspectum producere possimus?

Possemus quidem, sed restant adhuc peculiares quidam Gallorum termini, quibus in designatione animalium irrationalium subinde utuntur, quosque audire non erit de nihilo. Sic igitur sedentia, si fera, ut Leo, lepus &c. *accroupis*, sitzende oder schmiegende / sin domestica, ut canis, felis &c. *assis*, jacentia, *couchés*, liegende; quatuor pedibus firmiter insistentia, *arrêtés*, stillstehende / coronata, *couronnés*, gekrönet / cristata, *crêtés*, bekammet / linteis vel fasciis circa caput obvoluta, *chaperonnés*, behauptet / cornibus prædita, *accornés*, behörnert / oculis rutilantibus, vel à nativo colore diversis efficta, *animés* vel *allumés*, mit feurigen spilenden Augen / aurita *oreillés*, beohret / rostrata, *becqués*, beschnabelt / baculum ore tenentia, *baillonés*, mit einem Stabe im Maule / capistro frenata, *emmuselés*, bemaulkorbet / barbam gestantia *barbés*, gebärthet / dentata, *dentés*, bezähnet / gewürffet / dentibus, ungvibus, rostro, cauda carentia, *mornés*, gestimmelt / armillis prædita, *acollés*, *colletés*, behalsbandet / fibulam injectam habentia, *bouclés*, gebuckelt / berincket / mit Puckeln und Schnallen gezieret / tintinabulis circa collum affecta, *clarinés*, si circa pedes, uti falcones, *grilletés*, beschellet / alata, *ailés*, geflügelt / alis disco-

discoloribus aut papillionum, caudisve pavoninis distincta, *bigarés* ou *miraillés*, gespiegelt/ bundt/ ungvibus armata, *onglés*, *armés* bewaffnet/ beklauet/ clathris inclusa, *enfermés d'un treillis*, in ein Gitter verschlossen/ lingva sua denominant, specialiores, quibus singula designant, voces infrà in eorum recensione adjiciemus.

77. Propius age nunc ipsa in suis classibus intueamur?

Prima sit *Volatilium*, de quibus observatio generalis, quod quoad rostrum, linguam, crura, & ungves plerumque diversa à reliquo corpore tincturâ gaudeant.

76. Recense nunc frequentiora?

Choream merito in iis ducit Regius ales, aquila, quæ plerumque ungulis, rostro lingvaque, alis item expansis & cum cauda pingitur, *membrée*, *becquée*, *& languée*, *eplogée*, *& la queve ecarpillée*, mit seinen Waffen/ mit offnen Schnabel/ und ausgeschlagner Zungen/ Flügel und Schwantz ausgebreitet/ *Fig. 119.* Alias quoque biceps, *au chef parti*, zweyköpffig/ item cruribus, cauda ac pedibus carens, *demembrée*, *estropiée & diffamée*, erectis ad volatum alis, *s' essorant, ou prennant l' essort*, Flugnehmend/ zum Flug gericht/ in Pelicani modum formata, *pelicanée* conspicitur, *Fig. 120.* Pertinent &

huc aquilulæ ſine roſtro & pedibus pictæ, *alerions. Fig. 121.*

79. Quænam aquilam ſubſequuntur?

Longum foret, ea omnia recenſere; tantùm ergò communiora juxta ordinem alphabeticum enumerabimus. Suntque ea Accipiter, cum Niſo, Falcone & Vulture; Alauda, Anas (ſi roſtro & pedibus caret, Gall. *canette*) cum Anaticulis; Anſer, Ardea, Bubo cum noctua, Carduelis, Cicada, Ciconia, Columba, cum Turture; Cornix, Corvus, Coturnix, Cygnus, Gallus Gallinaceus, cum Capone & Gallina; Graculus, Grus, Hirundo, Merulæ, plerumque ſine roſtro & pedibus, *merlettes*; Pavo caudam expandens, *rouant*, Schweiffſpiegelend/ Pelicanus, plerumque cruentatus, *enſanglantê*, bluttrieffend; Perdix, Phœnix, Picus, Pica, Pſittacus, Struthio, Sturnus, Veſpertilio, Upupa, Thrynga, ut incertorum & minutiorum ſpecies ſilentio prætereamus. Cæterum paucis adhuc notandum, Volatilia complicatis & non expanſis, ut plerumque fit, alis, *pliés*, mit geſchloſſenen Flügeln/ pennis diverſicoloribus exhibita, *plumetés*, Federweiſe geſprenckelt appellari.

80. Nonne huc quoque Inſecta referenda?

Non eſt dubium; Et in iis Apes, Araneæ, Grilli,

Grilli, Muscæ tam communes, quàm majores, *tuons*, Papiliones discolores, *minaillés marquetés*, ou *ombrés*, Scarabæi, Vespæ sunt frequentissima.

81. Quænam Volatilibus succedunt?

Gressilia, seu quadrupedia, & in iis gloria prima Leo, qui quoad situm vel erectus, & *rampant*. Vid. *quæst 74. huj. Cap.* auffrecht/und zum Grimmen geschickt. *Fig. 122.* vel stationarius, omnibus scilicet pedibus firmiter insistens, *posé* stehend; aliquando, cumprimis in Galeis, considens, *accroupi*, sitzend oder sich schmiegend/ & *issant*, vid. *quæst. 75.* Alicubi cubans, & velut dormiens, *couchant & dormant*, alicubi gradiens, & retrospiciens, *passant & regardant vers sa queue*, fortschreitend/ zum Raube geschickt/ und zurückschend/ Alibi denique *saillant*, springend. Quoad membra ejus, præcipue notanda (a) Lingva, quæ plerumque ex ore protensa, unde *lampassé* dicitur, mit offenen Rachen/ ausgeschlagener Zunge (b) Faculæ, unde *armé*, mit vor sich geworffenen Prancken. (c) Cauda, eaque plerumque erecta (rarius enim per pedes obliqua trajicitur, zwischen den Beinen durch / über den lincken Prancken hergeschlungen) interdum simplex, interdum bifurcata, *double queque*, ou *fourchée*, Zwiergeschwäntzet/ mit über sich ge-

wundenen doppelten Schwantz/ aliquando etiam draconina, *dragoné*, Drachenschwäntzig. Cauda si careat, *diffamé*, stumpffschwäntzig/ si lingua & faculis, *morné*, virilia, ubi conspici possunt, *vilainé*, gezichret/ ubi occultantur, *evirè*, ohngezichret salutatur.

82. Quomodo differt Leo à Leopardo?

Leopardum mixtam ex Pardo & Leæna esse speciem constat quidem: sed in arte Heraldica a Leone Leopardum sic discerni volunt, ut hic perpetuo fere gradiens & utrumque oculum monstrans, *Fig.* 123. nonnisi rarò rectus, seu *rampant*, unde ab hoc situ *lionné*, seu Pardus Leoninus, ein gelöwter Leopard appellatur, *Fig.* 124.) appareat. Capita etiam sola utrumque oculum monstrantia pro Leopardinis, non Leoninis habenda. *Fig.* 125.

83. Enumera nunc aliorum exempla?

Hic iterum vel sola nomina secundum seriem alphabeticam expressisse sufficiat. Suntque potiora Agnus paschalis crucem gestans, cum vexillo; Alce, Aper, Aries, Asinus, Bos, Camelus, Canis, cum suis differentiis, Leporario, mare & fæmina, *leviér*, der Wind-Hund/ & *levrette*, das Wind-Spiel/ cum molosso, cane sagaci & indagatore, *brac*, Bracken-Hunden/ Caper, Capricornus, Capreolus, Castor, Cercopithecus, Cervus cum cornibus, *sommé*, mit Geweyhen/ (Ramuli, die

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (Saale)

die Enden dicuntur Gall. *dagves* seu *cornichons* (*) unde *ramé ou chevillé de 10. cornichons*, mit zehen Enden bezincket/ cornua sola sine capite *massacré* (**), ein bloß Geweyh oder Gehörn audiunt) Cuniculus, Dama, Elephas, Equus (instructus ephippio, *sellé*, gesattelt / aut lorica, *barbé*, gepantzert/ in posteriores pedes erectus, & ferox, *cabré*, *effaré*, *acculé*, auffbäumend / aliquando, ut calcei ferrei diverso colore appareant, *clué*, genagelt) cum Pegaso; Erinaceus, Felis (interdum erectis pilis inhorrescens, *heriſſon*, die Haar empor strebend) Gryphus, cum vel sine alis, interdum quoque igni-

(*) Inter *dagbes* & *cornichons* aliqui hanc differentiam faciunt, quod prioribus annis, quibus cervi cornua accipiunt, sint tantum *dagbes*, i. e. cornuta sine ramis; deinde vero quando crescunt, accedere *cornichons* seu ramulos.

(**) *Massacre,*) Rectius *ramure*; quia quid massacre significet, adhuc dubium. Quamvis enim Dominus Spenerus *loc. cit. pag. 244.* statuat, quod *ramure* & *massacre* quibusdam sint Synonyma; videtur tamen contrarium verius, & massacre potius denotare den Kopff ohne Gehirn/ vel etiam canarium epulum de cervi capite, das Jäger-Recht/ so denen Hunden gegeben wird/ *la tête et le cou du cerfe tué, pour en faire curée aux chiens*; Sed *ramure* sine dubio significat cornua cervina cum parte, cranii. Ita explicatum reperitur *dans le Dictionaire Royale, & dans le Dictionaire de l' Academie Françoiſe*, vocibus: *ramure* & *massacre*.

ignivomus. *Fig. 126.* Hinnulus, Hystrix, Lepus, Lupus, interdum cum præda, *raviſſant*, raubend. *Fig. 127.* Martes, Monoceros, Mulus, Muſtela, Ovis cum Agno, Pardus ſeu Panthera, Platyceros, Sciurus, Simia, Sus, Taxus, Tigris, à Panthera longioribus maculis diſtincta; Vacca, Urſus uno ſemper oculo, quandoque erectus incedens pedibus poſterioribus, *levé*, auffgerichtet / auffrecht gehend; non nunquam ſoli ejusdem pedes viſuntur, *pattes d'ours*, die Bärentatzen / Bärenklauen.

84. Exhibe etiam, ſi placet, *natatilia.*

Promtus ero, ſed paucis me expediam. Sunt ergo illa vel certæ, vel incertæ ſpeciei, quæ poſteriora generali piſcium nomine tranſeant. Ex certis, & quæ dignoſci poſſunt, accipe Anguillam, Aſellum, Balænam, quæ interdum dentes monſtrat, *fierté*, bezahnet. Capitonem, Carpionem; Porro Delphinum (cui inter Aquatilia iſte honor, qui inter feras Leoni, Aquilæ inter aves;) ſi faucibus hiantibus. oculis clauſis, dentibus carens, & eadem tinctura ſiſtitur, pro mortuo habendus eſt, & Gallis *pâmé*, ſchmachtend vocatur. *Fig. 128.* Vivus autem à branchiarum, caudæ, oculorum & pinnarum tincturâ, *barbé*, gebährtet / *peautré*, geſchwänzet / *allumé*, entzündeter Augen / & *lorré*, geflöſſet nominatur) Halecem, Lucium, Mullum barbatum, Muſtelam fluviatilem; Percam; Salmonem, Sturionem; Tineam, Truttam. Adde

de hic piſces volantes & Cancros, imò piſcium partes & ſpinas. Cæterum à ſquamis *ecailles*, beſchubet/ piſces vocantur.

85. Ecquid denique de *Reptilibus?*

Rem quoque in pauca contracturus refero tantùm ſequentia : Amphisbænam, Gall. *amphiſtere*,(*)ſeu ſerpentem allatum gemini capitis, quorum alterum cauda terminatur. *Fig.* 129. Bufonem, Cochleas, Dracones varii generis, Formicas, Hydras, Lacertas, Limaces, Ranas, Salamandram, Scorpionem, Serpentes (qui, ut & dracones ſæpe curvati, *tortilants*, ſich krümmende pinguntur) cum ſpeciebus, Biſcia, Gall. *biſſe*, boâ, *Guivre*, der Kinderfreſſenden Slang. *Fig.* 130. & aliis, Sphingem, Teſtudines, &c.

86. Satis diu circa Animalia hæſimus, pergendum eſt nunc ad VEGITABILIA.

Recte mones, & en tibi ea quatuor diſtincta ordinibus, quorum primo Arbores & Frutices; ſecundo Plantæ & Herbæ; tertio Fructus; quarto Flores continentur.

87. Expecto recenſionem aliquot Arborum & Fruticum.

In iis Abies, Betula, Chamæceraſus, Gallis *Crequier Fig.* 131. Cypreſſus, Fagus, Ficus, Laurus, Malus, Morus, Nux, Palmes, Piperis frutex,

(*) *Amphiſtere*) Aliud eſt *Amphisbere* vid. *Dictionaire de l' Academie Françoiſe*, hac voce.

frutex, Pyrus, Quercus, quandoque glandibus onusta, Gaal. *englantè*, beeichelt/ Rosarum frutex, Rubus, Salix, Tilia, Vitis, interdum aliam rem ambiens, *accollé*, umbgewunden/ exprimi possunt; dantur etiam anonymæ, imò nonnunquam integræ sylvæ, ut & è contrario soli rami, iique interdum cum *ecots*, seu nodis vel partibus frondium præsectorum, inde *ecotés*, *ebranchés* gestümmelt/ oder mit gestümmelten Aesten. Porrò frondes, trunci aut folia, & quidem si diverso rami truncique à foliis colore, Gallis terminus *fusté*, mit anderer Farbe bestammet/ usitatus est. Interdum arbores simul cum radicibus, *arrachés*, ausgerissen/ quandoque fructibus onustæ, *fruités*, befruchtet/ videntur.

88. Da secundum Ordinem Herbarum & Plantarum.

Accipe extantiores, Allium, Apium, Brassicam, Carduum, Lilium, scilicet integrum cum bulbo, caule, & floribus, Nimphæam Plantam, Petroselinum, Populum, Rapum, Rutam, Spicam, aut Mergetem, interdum paleas & stramen, siquidem propter affinitatem ea & huc referre licet, Urticam, imo & gramen viride seu cespitem, quo nonnunquam Scuti pes refertur, inde dictus *terrassé*, nobis beraset/ begraset. *Fig.232.*

89. Exhibe tertium.

In fructibus reperio cumprimis Castaneas, Cera-

Ceraſa, Ficus, Fraga, Glandes, Mala Punica, Mora, Nuces, & inſpecie quoque nuces pineas, *pomme du pin*, Papaver, Piper, Pepones, Piſa, Poma varii generis, etiam Cydonia, Pyra, Raphanos, Rapas, Typhas, Uvas.

90. Cedo Quartum ſeu Flores.

Offerunt hic ſe potiſſimum Bellis, Cariophylus, Heliotropium, Lilia tàm naturalia, quam artificialia, ſeu Gallicana, modo integra, modo mutila, & quidem inferiori aut alia quadam ſui parte, *au pied coupés*, *pendûs*, *Fig. 133.* item aperta, & folia diffundentia, *epanouis*, offene / (quo refer ſceptra liliata, Lilien-Stabe / quæ quandoque in modum radiorum rotæ, *rais* per gemmam junguntur. *Fig. 134.* (Nymphæa, Roſa) cujus umbilicus aliquando aliam recipit tincturam, Gall. *pointé* ſeu *boutonné*, quaſi globulis inſtructa, mit gelben ꝛc. Puzen) Tulipa, item è foliorum numero ſic dicti Triphylli; *tiercefeüilles*, tetraphylli, *quatrefeüilles*, pentaphylli, *quintefeüilles*; nec non ex floribus compoſita ſertà & coronæ. Flores ſi extrema caulis & radices abſcondunt, Galli in genere *nourris* vocant, genähret / cum caulibus *tigés*, beſtiehlet / beſtängelt.

91. Inanimatæ nunc Figuræ ad ſe vocant,
Quænam in iis primum locum
occupant?
Cæleſtia ſine dubio, & in iis deprehendo So-

lem, radiis plerumque duodecim rectis & crispatis, *ondés*, alternis coruscum, *rayant* seu *nyonnant*, interdum simul formam humanam referentem, *figuré*, gebildet. *Fig. 135.* Lunam, bicornem, vel etiam plures unâ, cornibus vel sursum tendentibus, *croissant montant*, vel deorsum, *croissant renversée*, vel ad dextum latus, *croissant tournée*, vel ad sinistrum, *lune en decours, ou contournée*; si cornua sibi obvertunt Lunæ, () *croissant affrontés* ou *appointés*; si denique dorsum.)(*coissant adossés*, stellas unam pluresvè, plerumque radiis rectis, & quidem vel quinquangulares vel sexangulares, vel octangulares, quarum illas Germanis, istas Gallis has vero Hispanis usitatiores esse observant. Referuntur huc quoque Cometæ, tàm criniti, quam caudati; imò integra Sphæra armillaris, *Sphere armillaire* in hisce locum occupat.

92. Quænam Cœlestibus succedunt?

Sublunaria & Elementaria, in quibus occurrere patet ex Elemento *Aeris* Iridem, Nubes, aliquando cum protenso ex iisdem brachio, Pluviam, Tempestates, Fulgura & Fulmina, ad modum sagittæ efficta, denique Ventum. Ex Elemento *Ignis* Flammas, & Flammulas, Scintillas, Prunas, Faces & Torres. Ex Elemento *Aquæ* Fluvios, Fontes, Puteos, Lachrymas & Conchas maritimas, quas in Jacobiticas seu auriculatas, &

& Michaëlicas, auribus carentes discernere solent. *Fig. 136.* Ex Elemento *Terræ* Montes, nonnunquam triplices ardentes, seu Vulcanos, ut vocant, *Fig. 137.* Petras, Colliculos, Lapides, & Pilas lapideas, Gemmas. Refer huc integras Provincias, & ex pluribus Elementis compositas figuras.

93. Hactenus de Naturalibus. Ecquænam nunc sequuntur?

Figuræ ARTIFICIALIUM, & quæ sub his comprehensæ, à nobis supra in quinque Classes distributæ.

94. Quidnam prima Classe continetur?

Utensilia & instrumenta varia ex apparatu rerum tam Ecclesiasticarum quàm profanarum, quorum potiora nunc recensebo. En igitur ex *Profanis* ad usum Oeconomicum, & quidem *ad Mensam* spectantia, Scyphos, Vitra, Cantharos, Lagenas, cum & sine operculis, item cum vel sine manubriis. Porrò Patinas, Cochlearia, Cultros varii generis, cum cuspidibus quandoque repandis, Panes, Metas butyri, Mensæ fulcra, Sedilia. Si pabula ægrotorum, Medicamina scilicet, Pilulas & similia huc referre velis, id quidem me non invitô feceris. Ad *Culinam* facientia, Ollas, Ahena, Lecythos, vel etiam Ansas eorum solas, Chalybem igniarium

um, Qualum. *Aliamque ſupellectilem variam*, ut Cados, ſeu dolia ſalinaria, Saccos, Corbes, Claves varie diſpoſitas, nonnunquam annulis ſe invicem complectentes, *enlaſsés*, *entrelaſsés*, in einander geſchlungen / interdum colligatas, *entretenûs*, zuſammen gebunden; Candelabra, Lampades, Clepſidras, Horologia, Pulvinaria, Specula, Calamos ſcriptórios, Pectines, Seras, Forfices, Forcipes, Fuſos cum glomis; Porrò *Inſtrumenta* varia *Mechanica* & *Opificiaria*, ut Terebras, Clavos ferreos, & ligneos, Uncos diverſi generis, ſimplices ſcilicet, quibus piſces aut lupi Wolffs-Angel/captari ſolent, & duplices, & inferius hamatos, ad modum literæ *Z crampons*, item in circulum flexos, & utrinque hamatos, Murices, *chauſſe trape*, Circinos, Normas, Malleos & Tudites, Ferrum molendinare, *fer de moulin*, das Mühl-Eiſen/ *Fig. 138.* Secures, Bipennes, Dolabras, Serras; nec non *Ruſtica*, Falces, Fæniſecas meſſorias, Vinitorias, Hippen / easque nonnunquam ſine capulo, Gall. *ranchier* ou *rangier*, Aratrum, Vomeres, Ligones, Sarcula ferrea, Karſt / Perticas, Furcas farias, bidentes, tridentes, Raſtra, Occas, Catenas, Curros vel integros, vel partes eorum, ut Juga, Rotas, rotarumque partes. Trahas, Scalas; ut & *Equaria*, Lora, Frena, Ephippia, Helcia, Flagella, Stapedes, Soleas ferreas, & Lupati particulam, quam *broye* Galli vocant, das Mundſtücke; Item

Vena-

Venatoria, v. gr. Cornua venatica, quæ dum Galli describunt, terminos *engiché* de orificio, bemundſtücket/ *virolé* de armillis, beſpanget/ *lié* de tæniis & chordis, beſchlagen und bebandet/ uſurpant. Uſt Inſtrumenta Muſica & Luſoria taceamus. Ex *Eccleſiaſticis* petuntur imprimis Peda paſtoralia ſeu Epiſcopalia, Vexilla, ſeu labara ſegmentata, *Gonfalons*, die Kirch-Fahnen/ Calices ſacri, Campanæ, à quibus malleos colore diſcerni lex eſt, Galli dicunt *batuillé de telle ou telle couleur*, geſchwengelt mit ſolcher oder ſolcher Farbe; & Tintinnabula, *clochettés, ſonnettes, grillets, grillots.*

95. Quidnam Secundâ Claſſe?

Veſtes & ornatus corporis. Quo referri videmus Pileos varios, uſitatos hódienum & inuſitatos, Hungaricos, Judaicos, imò & Cardinalitios; Caputia, Coronas varias, & in iis quoque Spineas; Manicas, Chirothecas, Annulos, Cingula, & eorum Fibulas, *les fermeaux*, die Schnallen/ diverſimodè effictas, interdum duplices, doppelte Heffte/ Interulas, Calceos, imò & ſoleas; Ocreas, Calcaria, vel ſolas tantùm Rotulas eorum echinatas, Tænias & Funiculos. Neſcio an huc Sceptra quoque referam & Scipiones.

96. Quid tertia?

Arma & *apparatus militaris*, in ſpecie enſes diverſo ſitu, Acinaces, *Cimeterres*, gemeine und

und kurtze Säbel/ quo spectat figura Gallis dicta *Badelaire*, kleiner Jagd-Säbel / *Fig 139.* Lanceæ integræ, vel earum saltem ferra, Hastæ & Mucrones; Bipennes, aliàs Secures Romanæ seu Amazonicæ, Gall. *haches d'armes*, Helle-Parten; & secures simplices militares, Streit-Aexte; Clavæ varii generis, Streit-Kolben/ Faust-Kolben; quo spectant Mallei militares, Streit-Hämmer/ Pusican-Kolben/ *Fig. 140.* Tridentes bellici, Streit-Horste/ *Fig. 141.* Sagittæ variarum figurarum & Jacula, Pfeile und Poltzen / aliquando pennata, *empennés*, gefiedert/ cum Arcubus & Arcubalistis, Bogen und Armbrust/ quibus jacula imposita. Gall. *encochés*, auffliegende nominanr: Unci & Murices, Sclopeta, Tormenta, Mortaria, Arietes veterum, scuta, & Galeæ, Chirothecæ ferreæ, Blech-Handschuhe / Vexilla, Vites, Centurionatus apud Priscos insignia.

97. Quid Quartâ?

Ædificia, quo referas Muros plerumque pinnatos, diverso situ apparentes, qui si in unum fastigium, mediantibus pluribus utrinque gradibus adsurgant, *pignon de muraille*, gestaffelter Mauer-Giebel/ vocantur *Fig. 142.* Domus, Tuguriola, Templa, Tentoria, Turres rotundæ, & quadratæ, tectæ, pinnatæ &c. Speculæ, Castella, cum aliquot turriculis, quarum si una interdum cæteris altior eminet, *donjon* eine War-

Warte/ & castellum ipsum *chatteau donjonné*, bewartet/ scutum verò vel figura variis turriculis fastigiata *chatelé*, bethürnet appellatur. Porro Urbes, nec non partes ædificiorum, v. gr. Columnæ, Pyramides, Fenestræ, Portæ, cum ferris, quibus Portæ muniuntur, die Banden/ Cataractæ, *portes coulisses*, Schutz-Gatter/ *Fig. 143.* Pontes, Ponticuli, Sepes, Scaphæ, Naves, æque interdum instructæ, *equippés ou habillés*, montiret/ ausgerüstet/ cum Anchoris, Remis & Harpiginibus, Schiff-Haaken.

98. Quid denique Quintâ?

Voces & Lemmata, queis singulare quid ad posteritatem propagari vôluerunt eorum Autores; Literæ gentis aut Mæcenatum initiales, interdum quoque prorsus incertæ, & quarum ratio non liquet. Constituuntque tales vel ipsum Scuti digma primarium, quod elegantius, & arti magis congruum, *Fig. 144.* vel peculiaribus schedulis inscriptæ cæteris Scuti figuris adjiciuntur. Vid. *Cap. IX. quæst. 6. & Fig. 145.* Denique Characteres, in quibus notanda cumprimis Monogrammata, hoc est, plures literæ in unam figurarum ductæ, qualia Imperatorum nomina sæpè in antiquioribus monumentis & literis occurrunt; & Pentalpha seu Stella Pentogonalis, alias salus Pythagoræ, der Drutten-Fuß/ variis olim superstitionibus adhibita. *Fig. 146.*

CA-

CAPUT SEXTUM
DE
SCUTORUM DISCERNICULIS.

1. Quid sunt Discernicula Scutorum?

SUnt certæ quædam notæ, armis gentilitiis in gratiam quorundam ejusdem familiæ membrorum eum in finem adjectæ, ut per eas vel postgeniti & juniores, item appanagiati à primogenitis & senioribus, vel lineæ simpliciter à lineis, vel denique naturales à legitimis, imò facinorosi ab honestis discerni valeant; atque ita commodè in honesta & ignominiosa distingverentur. Gallis *brisures*, quasi fractiones, Germ. Brüche / Beyzeichen; Inde ipsa scuta talia *armes brisées*, gebrochene Wappen.

2. Estne recens forsitan, & præsentis tantum ævi istud institutum?

Nequaquam, sed extra Germaniam in Galliâ imprimis (undè in terras Germanas Galliæ vicinas primum irrepsit) jam multis abhinc seculis mos obtinuit, ut Majori natu integra cederent arma gentilitia, reliquis tantum principaliora digmata, vel eorum tincturæ, assumtis vel temerè, vel ex certa quadam causa, v gr. matrimonio, vel appanagio, vel novâ terrâ, vel etiam ex maternis insignibus quandoque plane novis figuris. Idem fere in Germaniâ jam

jam olim receptum, ut novarum terrarum accessiones & decessiones, ordo generationis, peculiares dignitates, aliæque causæ in diversis ejusdem familiæ lineis Insignium alterationes & discrepantias pepererint.

3. Ubi illa distinctio contingit?

Præcipuè, ut jam dictum, in ipso Scuto, nonnunquam tamen etiam in Galeâ, quô de suo loco, *Cap. scil. VIII.* agetur.

4. Quot modis in Scuto?

Quatuor imprimis, Additione, Omissione, Alternatione Figurarum, & denique Variatione Tincturarum.

5. Quomodo Additione?

Si gentilibus armis nota aliqua, v. gr. illa dubia bifida, trifida, quadrifida, quam pro diverso concipiendi modo Lemniscum seu pendulum, laciniam, fasciam segmentatam, ponticulam, Gallis, *Lambel*, *lambeau*, quasi segmentum ab integra veste abscissum, Germanis eine Brücke/ Banck/ Steg/ gekerbten Balcken/ Segmentaque ipsa seu partes Gallis *pendans*, nobis, Stellen/ Gestelle/ appellari audimus, Germanis non adeo frequens ac Gallis, inseritur. *Fig. 147.* Sunt tamen, qui conjectura forte non improbandâ figuram hanc certum genus torquium ferreorum, quibus in Equiniis filii a patribus distincti

fuerint, referre autumant, indeque Thurnier Krägen / Halsbänder appellant. Item si *Limbus* margini circumjectus, vel saltem juxta unum eorum modorum, de quibus supra, *Cap. V. quæst. 41.* variatus, Hispanis familiaria. *Fig. 148.* Nec non quando ex cæteris figuris tàm honorabilibus, v. gr. Baltheus dexter, quadrans Honorarius, Cantherius, Fascia; quam Vulgaribus v. gr. semilunula, rosa, stella, molula echinata Ordinariis & Gentilitiis superadditur. Galli de hoc modo proverbium habet: *qui porte le moins & le plus*, qui pauciora gestat, i. e. Gentilitia, potior est, i. e. pro primogenito habetur.

6. Quomodo Omissione?

Si familiæ derivatæ digna aliquod ex iis, queis primitiva superbit vel plane non habent, vel habent quidem, sed ornamento aliquo privatum, v. gr. Leonem absque Corona, aut minori numero eadem exiornata. Sic Aquilam unò saltim capite Rex Romanorum gestat, non bicipitem.

7. Quomodo Alternatione Figurarum?

Si ipsæ figuræ scutariæ mutantur, aliaque pro aliis, v. gr. *Baltheus tessellatus pro striato, orbes pro stellis*, ponuntur.

8. Quomodo Tincturarum Variatione?

Quum servatis Figuris iisdem soli colores immu-

immutantur, more olim apud Belgas recepto, & hodienum Germanis nostris non improbato, quamvis quoad posteriores modos ab oscitantia pictorum & sculptorum quandoque mutationes ejusmodi originem traxisse non immerito suspicari liceat.

9. Distinctius paulò scire velim, quomodo se res habeat cum ignominiosis discerniculis?

Obtingunt talia *primo* spuriis familiarum membris, & quidem variis iterum modis, scilicet (1) inducitur toti Parmæ paternorum Insignium Barra seu Baltheus diagonalis sinister, (quia scilicet è sinistro quasi matrimonio tales naturales orti.) Dicitur *Filet* gauche. Inde proverbium apud Gallos: *être de coté gauche* i. e. Spurium. Non tamen de omni sinistro Baltheo idem judicium ferendum esse, jam *Cap. Præced. quæst. 30.* monuimus. (2) Ex Paternis Insignibus digma aliquod dimidiatum, vel aliâ ratione alteratum nothis conceditur. (3) Paternis quandoque stella Spurii ortus nota, superadditur. *Secundo* Facinorosis Urbibus in memoriam commissi facinoris ignominiosi digmatis additione. Exempla sunt odiosa.

20. Numquid adhuc circa Discernicula notandum?

Id unum, senioribus lineis extinctis, ubi in earum locum & simul in jus plenorum Insigni-

um, *des armes plaines*, Juniores succesſerint, iſtas nihilominus notas illas diſcretivas vel ex errore, vel ſtudio nonnunquam retinuiſſe.

CAPUT SEPTIMUM

DE

INSIGNIBUS ÆQUIVOCIS, SEU LOQUENTIBUS.

1. Quænam vocantur Inſignia æquivoca ſeu loquentia?

QUÆ cum nomine familiæ conveniunt, idque ob oculos ponendo velut loquuntur, interdum quidem manifeſtius, interdum etiam obſcurius, ortis ſcilicet ex lingvarum dialectorumque antiquitate pariter & varietate difficultatibus. Gallis *equivoques*, item *parlantes*, *ou qui chantent*, redende Nam-Wappen. Quod de Scuto dictum, idem quoque de Galea, imo de telamonibus habendum, ſi digma nomen familiæ exprimens in iisdem deprehendatur.

2. Suntne ejusdem hæc Inſignia cum cæteris dignitatis?

Utut ſint, qui dubitent, & plebi ea tantum concedere velint; absque tamen ratione (*) id eos

(*) *Absque tamen ratione*) Defenſionem eorum ſuſcepit Meneſtrierius, teſte Spenero, *l. c. p. 362.* & è noſtris tueri voluit Caſp. Lerch à Dürnſein *p. g. 1* Reichs-Ritterl. herkomen. 2. Grund-Satz.

eos comminisci vel inde liquet, quòd & antiquitas iis parilem cum cæteris tribuerit honorem, & nostro adhuc tum ævo Illustres Familiæ talibus utantur.

3. Num vero omnia unius Generis sunt?

Non, sed tribus modis distingvuntur.

4. Quis est primus?

Quando digmata manifesto Gentis nomen proloquuntur, & quidem vel sola tinctura, v. gr. *Rubedo* in scuto *Rothiorum*, Fascia *viridis* in scuto *Grünbergerorum*; Vel sola Figura, & quidem iterum allusione modo simplici unius figuræ, v. gr. *lupus* in Insignibus *Wolfiorum*; modo duplici, imo ttiplici, duarum triumve imaginum, *qui parlant deux ou trois fois*, v. gr. *Bos & domus* in Scuto *Ochsenhausiorum*; vel denique Figura simul & tinctura, velut *lapides nigri* in Parma *Schvvarzensteiniorum*.

5. Quis est secundus?

Quando Insignia *occultè* nomen Gentis præ se ferunt, idque iterum vel *symbolicè*, si symbolum qualitatis sub nomine latentis ea repræsentant, v. gr sit nomen Familiæ *Spieler*, & Insignia *alveolum latrunculorum*, ein Schach-Spiel exhibeant; Vel *ænigmaticè*, aliaque duriori & e longinquo petenda interpretatione, Gall. *qui parlent par rapport*. Exemplum pos-

sunt dare duæ Virgines in Scuto *Schönbeckiorum*, quipqe quum *elegantia genarum* sit in virginibus præcipuum formæ decus; Vel *prorsus ineptè*, *sottement inventés* (*); Exemplo esse potest, ubi res plures in Scuto juxta solum nominis sonum cumulatæ Gentis nomen exprimerent, v. gr. sit nomen Familiæ *Châlon*, quod in Insignibus *par un chat long*, per longum felem indigitaretur, quia hæ duæ voces breviter *cha long* pronunciantur.

6. Quis est tertius?

Quando Insignia erroneè prorsus nomen familiæ alicujus proloquuntur, errori ansam suppeditante etymologia perperam intellecta, quale quid contigit inter alia cum Insignibus Urbis Bavaricæ *Landeshuto*, *pileos* exhibentibus, quum tamen a *specula* seu excelsa turri, von der Lands des Hut oder Warte/ id nominis ea adepta fuerit.

CAPUT OCTAVUM,
DE
GALEA SCUTI.

1. Quomodo hoc Caput cum Antecedentibus cohæret?

ACtum fuit hactenus de Insignium Essentialibus, Tincturis scilicet & Figuris; actum

H 4 quo-

(*) *Sottement inventés*) Ita vocat Sesoing. *de l' Antiquité des armes, art. 5 p. 46.*

quoque de Partium Integralium Principalium priori, nempe Scuto (Reſpice ad *Cap. II. qv. 16. 17.*) Sequitur, ut de earum poſteriori, Galea ſcilicet nunc quoque diſpiciamus, ubi ſimul de *minus Principalium* nonnullis, nempe Galeæ Coronis, Apice & Tegumentis (*vid. d. l. qv. 18.*) dicendi locus erit.

2. Galea quid eſt?

Galea ſeu Caſſis eſt proprie tegmen Capitis bellicum; Gall. *heaume* (*), etiam *timbre* quamvis hæc vox propriè apicem Galearum ſignificet. Germ. der Helm / ab occultando, von Heelen / der Sturm-Hut / Pickel-Haube. Ut enim Scuto corpus, ita Galea Caput obtegebant milites, & hinc utrumque in Inſignia receptum. Priſcis temporibus (**) pro Galea ferarum exuviæ fuerunt, exertæque per earum rictus militum facies, ut ita ferocitati lenocinantes eo majorem hoſti terrorem incuterent.

3. Quænam circa Galeas hodie uſitatas imprimis obſervanda?

Species, Tinctura, Situs & Numerus.

(*) *Heaume*) A Germanorum Helm / veteres enim Galli ſcribebant *Heaulme*.

(**) *Priſcis Temporibus*) Sic Hercules cum exuviis Leonis pingi ſolet. Conf. de Germanis noſtris Tacitum, *de M. G. C. 17.*

4. Quotnam earum ſpecies occurrunt?

Duæ, clauſæ ſcilicet & apertæ. Illæ ſunt, quæ tantùm per minuta foramina lucem admittunt, der Steck-Helm; *Fig. 140.* Hæ verò circa faciem vel prorſus patent, ut Regiæ, *Fig. 150.* vel ita, ut hiatus iſte clathris (quos Galli *grilles*, noſtri den Roſt/ craticulam appellant) quibusdam aut circulis ferreis, mit eiſern Biegeln aperiatur, ein freyer offener adelicher Thurnier-Helm; *Fig. 151.* Differentiæ ratio originitus non tam a dignitatis diſcrimine, quam ab uſu petenda videtur, ſiquidem illæ in bellis & hoſtilibus conflictibus, hæ vero in torneamentis, jene zum Ernſt/ dieſe zum Schimpff/ adhibitæ, indeque ſummos Principes (*) olim clauſis ſine ſplendoris detrimento uſos in Inſignium Codicibus ſubinde reperies. Succeſſu tamen temporis Nobilitatem, & qui Nobilium Juribus ex Imperii lege gaudent, clathratas ſive apertas ſibi ſolis vindicaſſe experientia loquitur; imo Regibus, & iis, qui ſummo cum Imperio præſunt, plane patulas, ſine ullo clathrorum veſtigio, tribuendas exiſtimant.

5. Quid

(*) *Summos Principes*) Confer de Ducibus Brunſvicenſibus non ſemel caſſide clauſa uſis, quæ habet Hœping *de Jure Inſignium*, *Cap. 9 §. 4.* &, qui ex eo depromſit, Limnæum, *J. P. Tom. 5. Addit. ad 6. 6. p. 60.* Adde etiam Loccenium, *Antiqq. Sveic. L. 3. c. 7. pag. 135.*

5. Quid de Tinctura tenendum?

In Cæsareis diplomatibus, quot quidem mihi cernere contigit, Galeæ color nullibi disertis verbis exprimitur, metallo tamen, & quidem Auro plerumque efformari constat.

6, Quid de Situ?

Is est vel rectus, *de front*, vel obliquus, *en profil*, & quidem, ut hoc casu vel dextrum vel sinistrum scuti latus Galeæ respiciant. Unde si una sola comparet, recto plerumque situ sistitur, vel ad dextram inclinata; Lævam enim versus flexam illegitimorum natalium criterium esse nonnulli putant, quod quidem apud nos citra gravem in illustres aliasque honestissimas familias injuriam admitti non potest, an apud exteros, alii viderint. Sin vero plures uni parmæ imponantur Cassides, elegantiæ causa nonnunquam duæ extremæ frontes (beyde Helm ihre visir gegen einander gekehret) vel occipitia sibi invicem obvertunt, mediis recto situ locatis. Tota tamen res hæc ab arbitrio cujusque dependet. Olim ubi adhuc situ Scutorum inclinato, (vide *Cap. III. quæst. 11.*) gaudebant, Cassis sinistro angulo imponebatur; *le timbre assis sur l' angle diagonal gauche.*

7. Quid de Numero?

Absurdum equidem videri poterat, uni parmæ plures imponere Galeas, quum uni viro non

nisi unica Cassis eodem tempore inserviat, sed usu tamen sic obtinuisse videmus. Olim quippe apices fuerunt arbitrarii prorsus, & pro lubitu fere ejusdem familiæ membra, vel Lineæ diversæ, qualem vellent, sibi adoptarunt, retentis tantum ejusdem scuti digmatibus, ex quo deinceps factum, ut una linea extincta altera alterius apicem adsumserit. Temporum porro successu, ubi plurium scutorum digmata, accrescendi aut alio Jure, in unum compingere mos invaluit, singulorum, imo tot interdum, quod margo supremus capere vix poterat, uni Scuto Cassides imponere consveverunt. Ubi tamen instar legis, quamvis non perpetuæ, est, *ut, si tres Scuto incumbant galeæ, principali medius locus adsignetur.*

8. Accedimus ad Partes minus Principales, & primo quidem ad *Coronas*. Quotuplices sunt illæ?

Antiquitatem si consulas, deprehendes Lauream (*) seu triumphalem, Gramineam (**) seu obsidionalem, Querceam (***), seu civicam,

(*) *Laurea* Victorum erat.

(**) *Graminea* eorum, qui vel obsessores depulerant, vel obsidionem strenuè tolerarant, ex gramine & proximis herbis composita.

(**) *Quercea* dabatur ob servatum vel hosti ereptum Civem.

cam, Pinniferam seu muralem (****), Vallarem (*****) seu castrensem, Classicam seu navalem (******), Myrteam seu Ovalem (*******), Oleagineam (********), Cupressinam (*********) de quibus vid. Car. Paschal. peculiari *de Coronis* libro &c. Nos ad nostra tempora oculos dirigemus.

9. Quodnam discrimen nostris moribus inter Coronas habetur?

Nostra ætate præcipua Coronarum differentia hæc est, quod aliæ clausæ, aliæ apertæ. In illis imperatoria mitra quadam hiante circa medium prorsus clausa *Fig. 152.* reliquæ, Regibus propriæ, octo semicirculis concluduntur, concluſæ veluti, nec ad ulterius incrementum adspirantis potentiæ aut fastigii notam referentes. *Fig. 153.* Hæ supra omnino patulæ foliis & unioni-

(****) *Muralis* ei data, qui muros primum conscenderat; fuit aurea, Leunculis circulo inscriptis, ad turris speciem formata.

(*****) *Vallaris*, itidem aurea vallisque exornata concedebatur iis, qui primi vim in castra hostium fecerant, vallumque refixerant.

(****** *) *Navalis*, aurea, proras vel puppes velave navium sustinens iis dabatur, qui in navali pugna se fortes gesserant.

(******* *) *Ovalis* ab Ovatione sic dicta Myrtea fuit.

******** *) *Oleaginea* in Ludis Olympicis data.

(********* *) *Cupressina* in furoribus & victimis feralibus adhibita; *Populea* etiam data Juvenibus in virtutis præmium.

onibus in margine exornatæ Ducibus, Principibus, Comitibus, aliisque nobilibus attribuuntur, *Fig. 154.* & quanquam alicubi respectu ornamentorum ab invicem differant, apud nos tamen uniformi ratione deprehenduntur.

10. Numquid Coronis affine?

Electoris, omissis fere Galeis & Coronis Pileum Electoralem, den Chur-Hut/ purpureum, & oram vellere Pontico ornatam, *Fig. 155.* nonnunquam semicirculis quibusdam, ut Regiæ Coronæ speciem referant concluſam *Fig. 156.* parmis suis imponunt; id quod etiam aliquando Duces, mitram suam Ducalem, den Fürsten-Hut/ coronis inserentes, imitari videmus. Duces Reipublicæ Venetæ Mitra peculiarem in modum formata utuntur, *Fig. 157.* Sicut etiam Ecclesiastici apud Pontificios loco coronarum multifariis pileis, Infulis, & Tiaris sua Scuta exornant, quorum discrimina paulo post picturis exhibebimus. Et quidem Papæ convenit, quod notum, Corona triplex (*), seu Re-

(*) *Corona triplex*) Cærulea, viridis & purpurea. Perhibetur esse ea ipsa, quam Imperator Anastasius, cum Titulo *Patricii*, Regi Francorum Clodovæo jam converso miserit, hic vero Symmacho Papæ obtulerit. Gilbertus de Varennes *triplicitatis mysterium* sic exponit, quod denotet triplicem Papæ potestatem, videlicet super Ecclesias militantem, laborantem in purgatorio, & triumphantem. Alii initio *simplex* tantum fu-

Regnum mundi; Cardinales pileis rubris (*), Archi-Episcopi & Episcodi viridibus, Abbates, nigris gaudent, quorum primi in quinque, secundi in quatuor, tertii in tres, ultimi in duos nodulos de jure desinunt, quamvis in Germania tres ultimi ordines solis fere bicornibus mitris seu Infulis delectentur.

12. Co-

---

isse id diadema tradunt. Deinde Bonifacium Octavum addidisse coronam secundam; *Tertiam* denique Benedictum Duodecimum. Alii aliter, de quibus vid. Spener. *l. c. P. I c. 6. §. 19.* Certum est, ex ambitione Paparum natum hoc Coronæ monstrum, forte quod, tanquam DEI vicarii in terris, SS. Trinitatis mysterium per id ipsum repræsentare voluerunt. Et sunt, qui pro certo adfirmant, in inferioris hujus Papalis Coronæ parte vocem *Mysterii* cum *imagine SS. Trinitatis* reperiri. Quod si ita est, sane non sine divino consilio accidit, ut ipsi Papæ non cogitantes veritatem Oraculi *Apocalyps. 17. 5.* per hoc exprimerent. Pertinet huc Poëtæ lusus:

Quæsita est triplicis Papalis origo Tiaræ,
Coccineusque Patrum Pileus unde fiet?
Frustra id; quod Verbum dixit μυστήριον esse;
Consilia est coccus sanguinolenta notat.

(*) *Pileis rubris*) Hos in Concilio Lugdunensi tribuit Innocentius Anno 1245. ut Cardinales semper parati sint, ad sanguinem pro Ecclesia Christi profundendum. *Chordas* cum *Nodulis* Papa Paulus II. addidit, initio quidem pauciores; Sed cum tempore eorum numerus crevit.

11. Coronas excipit Apex. Sed quid hac appellatione comprehenditur?

Id omne, quod ex Galea prominet, Gall. *Cimier* ou *timbre*; vulgo alias acroſtolia, cimelia, Helm-Zeichen / Helm-Kleinod. Frequentiſſima in his ſunt cornua cervina, arietina, bubula, Püffels-Hörner/ extremitatibus quandoque repandis. Proboſcides Elephantorum, alæ, plumæ, Struthionicæ imprimis & pavoninæ, nonnunquam columnis impoſitæ, aut thecis inſertæ, in einem Schaffte/ *Fig.158.* interdum quoque Hermæ ſeu ſtatuæ pectorales, viriles & muliebres, juveniles, regiæ, Maurorum, quin & alibi integræ hominum figuræ, nec non Angelorum & Sirenum; vel membra tantum humana, v. gr. caput, brachia, crura, item beſtiarum figuræ integræ vel naſcentes, ſcilicet quoad anteriora conſpicuæ, Græc. Προτομαί: Gall. *iſſants* vel *naiſſants* modo non niſi certa earum membra partesque. Porro montes & rupes, turres, caſtella, columnæ, naves, quæ tamen interdum aliis adhuc figuris ſunt ſuſtentaculo. Conſpiciuntur etiam flammæ, cuſpides, vexilla, pilei varii generis, lati & turbinati, Gall. *bonnets orientaux* dicti, Spitz-Hüte / oris interdum reductis, interdum quoque inverſo ſitu poſiti. Adde ventilabrum angulare, pennis pavoninis plerumque ornatum, einen Schirm/ Fecher/ aliaque, quæ omnia recenſere nimis forte tædioſum

sum foret. Unum adhuc notasse sufficit, quod videlicet frequenter ex ipso Scuto figuræ primariæ, nec Honorabilibus exceptis, imo nec ductibus, si tales loco Figurarum in Scuto fuerint, in Apicem transferantur.

12. Quænam circa tincturas Apicis valet observatio?

Plerumque eædem, quæ Scuti fuerant, Tincturæ in Apice retinentur, sive ex scutariis, sive aliis iste Figuris constiterit. Quod si ergo diversæ plane apparent, id aliquando indicio esse potest, Apicem esse adscititium, non scutariis Insignibus proprium. Sæpe tamen nativus color Figuris in Apice tribuitur, licet alius & diversus in parma deprehendatur.

13. Annon aliquando intermedium aliquod inter Galeam & summum Apicem datur?

Solius ornatus gratia id inventum, & pro Apicis fulcro habendum est, frequenterque loco coronarum adhibetur. Constat plerumque Coronis tortilibus, Wülsten/Wülst-Kräntzen/ & culcitris, quarum extremæ oræ non raro lemniscis & panniculis, mit Bändern und Quasten/ *Fig. 159.* diversæ tincturæ exornantur.

14. Restant *Tegumenta* Galearum, quid hoc tibi venit nomine?

Illud omne, quo Cassis circumdata conspi-

ci-

citur. Gall. *Champerons*, *banderobe*, German. Helm-Decken/ quali tegumento olim milites, vel caloris ab ære solaris arcendi, vel discriminis ergo in conflictu usos verisimile videtur. *Fig. 160.*

15. Unde vero est, quod tam varie flexa crispata & incisa formantur?

Ex conflictu lacera (*decupès* zerschniten/) retulere ita milites, quæ tali forma, tanquam fortitudinis & periculorum bellicorum indice, in Insignibus sine elegantia prisci expresserunt, Inde recte, qui Gallorum *hachements*, item *lambrequins* a barbaro Latinorum lamberare seu scindere, vel à Germanorum voce Limpkens (*) derivant. Accessit cum tempore Pictorum inconsulta temeritas dicam aut ignorantia, quæ istas hostilitatis notas in ornamenta & elegantias, imo ipsa ensibus lacerata Tegumenta in nescio quos lemniscos, vittas & phaleras convertat, *Fig. 161.* Nec desunt exempla, ubi loco liciniarum *pennaches*, seu plumæ & folia, ad eundum modum expansa & sinuosa adhibentur. Imo recentiori instituto Reges Insignia integra Papilionibus seu conopeis, *avec pavillons*, mit Thron-Zelten/ *Fig. 162.* Duces ac Prin-

(*) Limpkens) Hunc in modum plura alia diminutiva in Saxonia Inferiore & Belgica Lingua formantur. V. gr. Petercken/ Häuscken/ Josicken &c.

Principes nonnulli cum palliis ducalibus cooperire amant. *Fig. 163.*

16. Quid circa Tincturas Tegumentorum notari meretur?

Regula alias est, quod *Tincturæ Scutariæ in iis repeti, interiora tamen metallo, exteriora colore tingi debeant.* Fallit autem nostris moribus, & multas patitur exceptiones, dum laciniæ nonnunquam solo metallo, & quidem alicubi à scutario plane diverso, nonnunquam pluribus paucioribusve, quin aliquando prorsus aliis, ac scutum habet, coloribus, communiter duobus saltem tinctæ apparent. Cæterum ad exemplum Tegumenti in tesserariis pedissequorum vestibus tincturas esse seligendas sunt qui existimant,

CAPUT NONUM

DE

SCUTO ADJACENTIBUS.

1. Ut uno intuitu hæc percipere queam, dic, quæso, summatim, quid *Adjacentium* nomine velis innuere?

EA, quæ extra Scutum & Galeam posita, ut Appendices, Scutum quandoque circumstant, nec nisi in pauciſſimis apud nos Insignibus reperiuntur.

2. Quid autem in eorum censum refers?

Præcipue Telamones, Dignitatum & Ordinum notas, Lemmata & Tesseras militares.

3. Quid sunt Telamones?

Figuræ Angelorum, hominum, quandoque sylvestrium, animalium, quæ ad Clypei latus positæ eundem gestare seu custodire videntur. Vide Insignia Schvvarzburgica in *Appendice*. Alias Atlantes seu Tenentes, Schild-Halter/ Wappen-Stützen; Gall. *supports*, si scutum elevatum manu gestant; *Tenants*, si instar custodum adsistunt; *soutiens*, si iisdem substernuntur, vel Scutum ex iisdem suspenditur. Alii vocem *Tenants* tantum Hominibus & Angelis, *supports* reliquis Animalibus, & *soutiens*. Arboribus similibusq; inanimatis tribui volunt.

4. Quam vero Originem habent, & quem usum?

Id adeo quidem per omnia non liquet; sunt tamen, qui ad Caroli Magni tempora, & ulterius ætatem eorum referunt. Usus perhibetur varius. Quorundam eo redit conjectura, quasi servorum, quos olim in torneamentis scuta Dominis tali sub habitu prætulisse constat, imaginem exprimant. Alii clientelæ vel peculiaris acceptæ gratiæ documenta ex aliorum scutis Telamones istos adscitos, volunt, quibus sua Insignia honoremque quasi suffulciri utentes profitean-

teantur. Nec illi male, sed vel propius rem tangunt, qui eos certæ possessionis (v. gr. vasti nemoris *homines sylvestres*) vel qualitatis personalis (v. gr. fortitudinis *Leones*) symbola agnoscunt. Aliquando Telamones vexilla gestant, veteribus gestantium Insignibus, quæ novis in scuto extantibus cesserant, inscripta.

5. Quænam sunt dignitatum & Ordinum notæ scutis adjici solitæ?

Ecclesiastici habent *Claves decussatas*, uti Papa, *Fig. 164. Crucem*, *Pedum* seu Cambucam, den Bischofs-Stab/Hirten-Stab/& si jurisdictione temporali gaudent, insuper ensem *F. 165. & 66.* Aliqui etiam Rosarium & Crucem, sertum item ex rosis & spinis compositum; Aliqui, velut Commendatores, nudum gladium. Seculares apud nos quidem non tam adponunt, quàm inserunt clypeo, interdum mediante *nova parmula*, ut *supra* traditum, suæ dignitatis criteria; secus tamen Galli, quippe qui officiorum Regiorum emblemata (*) Scuto adjiciunt, ut nihil nunc commemoremus de Torquibus Ordinum Equestrium, quos scuto circumdari notissimum est. *Fig. 167. 168. 169.* Quo referendi etiam Funicu-

(*) *Officiorum Regiorum*) V. gr. Marescalli Franciæ duos scipiones liliis sparsos decussatim post Scutum locant. Magnus rei tormentariæ Magister duo tormenta bellica cum suo adparatu pedi Clypei adponit: Generalis Admiralis duas anchoras; Cancellarius claves argenteas & ex parte deauratas &c.

niculi, *Cordeliéres*, geflochtene Schnüre *entrelacées avec des laqs d'amour*, cum innexis laqueis amorum, mit Liebes-Knötchen; qualibus in Gallia Viduæ, ut virigines ſua ſertis circumdare ſolent. *Fig. 170.* Item ſymbola rerum præclare geſtarum, magnorumque meritorum, qualia ſunt alicubi vexilla, & haſtæ hoſtibus ereptæ.

6. Expecto nunc, quid de Lemmatibus proferre velis?

Interdum Lemmata epigraphica, *deviſes*, Scuto exterius (de iis enim, quæ ipſum Scuti digma faciunt, ſupra *Cap. V. quæſt. 98.* dictum) adjiciuntur, & quidem vel nudis literis, vel integris vocibus ac ſententiis conſtantia, quæ interdum quidem perſonalia ſunt, & huc proprie non ſpectant; nonnunquam tamen Gentilitia ſuperius vel inferius in ſchedula ſcutis Gentilitiis adpenduntur.

7. Exprome tandem Teſſeras Militares?

Teſſeræ Militares proprie ſunt vocalia illa ſymbola (Gall. *cry de Gvêrre*, die Loſung/) quorum in bello uſus notiſſimus. Verum uti Scuta, Galeæ & alia e militia ad uſum Heraldicum pertracta ſunt, ita quoq; Teſſeræ à nonnullis è bello ad familiarum decus translata, iisque propria reddita. Talium exempla qui velit, adeat Dn. Spener. *P. I. c. 7. n. 69. ſeqq.*

Tantum.

AP-

APPENDICES.

APPENDIX I.

INSIGNIUM HASSIACORUM



Expositionem continens.

POstquam ea, quæ ad Insignium *Theoriam* spectant, hactenus exposita fuerunt, nunc quoque in *resolutione* Insignium duorum Principalium periculum facturus sum, quousque præcepta superioria sufficiant, & ita simul rationem commonstraturus, qua in cæteris quibuscunque debeat procedi. Incipiam autem ab Insignibus Sereniſſimæ Domus HASSIACÆ, vel repetam potius tantum hic, quæ jam alibi permodum *Dissertationis Academiæ* proposita fuerunt.

APHORISMUS I.

SEreniſſima Domus Hassiaca, *ex qua post obitum Philippi Magnanimi in duas Lineas abiit, quarum priorem* Wilhelmus *Cassellanus, posteriorem* Georgius *Darmstadinus condidere (*), satis tamen diu eadem retinuit Insignia, donec successu temporum, quarundam terrarum accessionibus hinc & inde factis (**), eadem, prout nunc conspiciuntur, immutata fuerunt. Inde* utriusque Lineæ *Insignia seorsim consideranda veniunt, quamvis differentia non sit adeo magna, sed in quibusdam tantum particulis inveniatur.*

EXPLICATIO.

(*) FActum hoc An. MDLXVII. Philippi Magnanimi mortuali. Utraque Linea habet

bet suos ramos Apanagiatorum ; *Cassellana* Reinfelsium ; *Darmstadina* Homburgicum, quorum illius Caput *Ernestus*, ex secundo cum Juliana Nassovica matrimonio prognatus, a Patre Mauritio, post introductum primogenituræ jus, terras quasdam in Apanagium accepit, unde Ernestus, communis stipes hodie Rotenburgi & Eschvvegæ superstitum Apanagiatorum cognoscitur. Hujus autem Principium, Fridericus, Georgii, Landgravii Hasso-Darmstadini, ex primo cum Magdalena Lippiensi connubio, filius natu minimus, cessis Fratri, Ludovico fideli, primogenii juribus, & portione quadam ditionum sibi concessarum contentus ex se descendentes habet, qui hodie Homburgi rerum potiuntur. Solent autem utrique Principum Apanagiatorum iisdem suæ stirpis clypeis uti, & quidem, quod mirum, sine ullis discerniculis, (Gallis *brussires)* quibus alias Regnatrices lineæ ab Apanagiatis distinguntur. Vid. *Examen Art. Herald. C. VI.*

(**) Scilicet ex quo Cassellanæ Domui Abbatia Hirschfeldensis cum Comitatu Schaumburgico in Pacificatione Westphalica Anno MDCXLIIX. *Darmstadinæ* autem Isenburgica & Budingensis Dynastiæ accesserunt.

APHORISMUS II.

CAssellana & Darmstadina *Insignia in hoc uno differunt, quod areola quinta, de qua*

in Aphorismo sepp. IIX. *(*) in Darmstadinis bis transverse secta est, & Niddano digmati, cujus superior pars colore nigro, cum duabus stellis aureis, inferior autem auro constat, diu adhuc fasciæ nigræ in solo argenteo. (**) subjectæ fuerunt. In cæteris per omnia conveniunt.*

EXPLICATIO.

(*) AReola quinta est in latere dextro, ubi errores Autoris des Europ. Herolds/ vom Hause Hessen p. 468. notamus, qui rem prorsus perverse refert, hisce verbis: wegen Nidda ein zwerch-getheiltes Schildlein/ fast wie das Ziegenhainische/ nur daß in diesem letztern zwey güldene Sterne erscheinen. Hic omittuntur tincturæ. Porro, Hessen-Darmstadt pfleget dem sechsten Schilde zwey schwartze Balcken im silbern Felde wegen der Grafschafft Isenburg anzufügen. Falsum, in sexta area hæc reperiri, cum sint in quinta, secundum modum numerandi ab Artis Heraldicæ peritis receptum.

(**) Designatur hoc digmate *Comitatus Isenburgicus*, & *Dynastia Büdingensis*, de quibus uberius dicetur infra *Aphor. IX.*

APHORISMUS III.

Scutum Hassiacum semel perpendiculariter, bis horizontaliter intersectum (*) in tres regiones (**) & sex areas (***) discernitur. Toti Scuto

in

in centro alia quædam Parmula imposita est (****).

EXPLANATIO.

(*) IN Insignium analysi à Scuto Principali faciendum initium, deinde ad Galeas, & porro, si adsint, ad Telamones proceditur. In Scuto omnium primo Sectionis principalis, qua totum Scutum absolvitur, ratio habenda est; cum inde oriantur Regiones seu Ordines & Areæ.

(**) Regiones, German. die Reihen / vel Stellen. Gallis *les Traits*, *Exam. A. H. c. III. Quæst. 29.*

(***) Germ. die Felder. Gallis *les Champs.*

(****) Gallis *sur le tout*, & ita dicitur a loco, quia in media regione reperitur. *Exam. Art. Her. C. II. Qu. 38.*

APHORISMUS IV.

IN primæ Regionis (*) *prima areola* (**) Crux duplex *ad modum Archi-Episcopalis* (***) *minioque tincta* (****) *in campo argenteo* (*****) *apparet. Signum* Abbatiæ Hirschfeldensis.

EXPLANATIO.

(*) PRima Regio, Gallis *le Chef*; alias *Cephalica*, die Haupt- oder Ober-Reihe. *Ex. Art. Her. Cap. III. Qu. 30.*

(**) Initium numerandi regulariter à dextris

fieri debet, quamvis id ubique non observetur. *Ex. Art. Herald. Cap. III. Qu. 7.*

(***) Gallis *Patriarchale* dicitur; alias quoque *Lotharingica* appellari solet, quia eadem in Lotharingicis Insignibus reperitur, Telamonibus scilicet, seu Aquilis appensa. Vid. Spener. *Art. Herald. Part. Special. Tab. IIX. & L. I. c. 38. §. 14.* non confundenda tamen cum illa, quæ in ipsis Insignibus comparet, in areolâ tertia, patibulata nimirum, *potencée* Gallis, Hierosolymitani Regni titulum referens. Spener. *Op. Herald. Part. General. Sect. I Membr. I. §. 128. p. 176. Part. Special. L. I. c. 58. §. 1.*

(****) Secundum Artis Heraldicæ principia, stilo Romanorum Figura Campo præmittitur: Galli contraria tenent. Germanis id est indifferens. *Exam. Art. Herald. C. IV. qu. 4.*

(*****) Regula Heraldistarum hic, ut etiam per omnia alia, in hisce Insignibus probe observata est, secundum quam *metalla metallis, colores coloribus non debent inscribi, sed alternatio adhibenda est. Ex. A. H. C. IV. qu. 15.*

APHORISMUS V.

IN secundæ areolæ transverse sectæ (*) parte superiore, quæ nigri coloris est, (**) Stella aurea (***) sexangularis (****) conspicitur, pars inferior totu aurea est. Repræsentatur hoc digmate Comitatus Ziegenhainensis. (*****)

EXPLA-

EXPLANATIO.

(*) Solent enim areæ iterum variè interseca-ri, quod in analysi Insignium non negligendum, sed distincte enarrandum est. Ex *Art. Her. C. III. qu. 26.*

(**) Haberi possent hæc pro duabus Fasciis, nigra nimirum atque aurea; nisi obstaret regula Heraldica, vi cujus, *quando ductus tincturarum alternantium sunt numero pares, non datur campus*, per consequens nec figura in campo, sed ductus tincturarum simpliciter sunt recensendi. *Ex. A. H. C. III. qu. 24. C. V. qu. 27.*

(***) Errat ergo Spangenberg/im Adelspiegel/ *P. II. l. 12. c. 37. p. 325.* dum Comitibus Ziegenhainensibus par Stellarum rubearum in clypeo nigro attribuit, quibus Hassiæ Landgravii adhuc dum gaudeant.

(****) Nam angulorum sive radiorum quoque numerus in recensione figurarum exprimendus est. *Ex. A H. C. V. qu. 91.* & quidem apud Gallos Stellæ plerumque quinque angulis referuntur, sed apud Germanos sex radios usitatiores esse testatur Spenerus, *Oper. Herald. Part. Gen. Sect. V. membr. 1. §. 6.*

(*****) Cur digma hoc Cattimelibocensi & Diecensi præponatur, contra quam in titulis fit, nostrum nunc non est dicere. Conjectura quidem eo ducit, id ideo forte factum, quod antiquiori jure hunc atque Diecensem Comitatum,

tum, nimirum ab Anno MCCCC LIII. possederunt Sereniſſimi Haſſiæ Landgravii, quam Cattimelibocenſem, utpote quem demum Anno MCCCC LXXIX. acquiſiverunt; Sed hic porro ſcrupulum movet, quod etiam Niddanus Comitatus Cattimelibocenſi & Diecenſi poſtponatur, quum tamen & ante illos duos jam inde ab MCCC XXIX. acceſſio Domus Haſſiacæ hic factus fuerit. An ergo forte dicemus: id ex ea ratione placuiſſe, quod Ziegenhainenſes Comites Haſſicæ originis fuerunt, & Comitatus hic jam olim ad Haſſiam pertinuit, de quo vid. Dillich. *Chron. Haſſ. P. I. p. 90. ſeqq.* Spener. *Op. Herald. Part. Spec. L. III. c. 23. §. 3.* Sed rem in medio relinquimus.

APHORISMUS VI.

IN ſecundæ regionis (*) *area dextra*, *Pardus Leoninus rubeus* (**) *erecto ſitu* (***) *corona cærulea ornatus* (****) *in aureo campo exhibetur. Deſignatur per hanc figuram* Comitatus Cattimelibocenſis.

EXPLANATIO.

(*) SEcunda regio, alias *Centrica* ſeu *faſcialis*, die Bandt- oder Gürtel-Reihe / *Ex. A. H. C. III. qu. 29.* Gallis *la faſce.*

(**) Non Leo ut communiter, ſed erronée. Monſtrat enim utrumque Oculum, & per hoc à Leone in Arte Heraldica diſcernitur. *Ex. Art. Herald. C. V. qu. 82.*

(***)

(***) Alias perpetuo fere gradiens, *passant*, Pardus reperitur; meretur ergo hic situs in Insignibus Hassiacis observationem, quando ut rectus seu *rampant*, Leonis situ, unde Gallis *Lionné*, Germ. ein gelöwter Leopard dici solet, ob oculos ponitur. *Ex. A. H. l. c.*

(****) Originem debet ea corona Imperatori Rudolpho Habsburgico. Vid. Winckelm. *Chron. Hass. P. II. c. I. p. 86.* & in *Excerptis Riedeselianis*, *p. 12.* ad An. M CC. LXX. hæc de toto digmate reperio. Um diese Zeit theilten zwey Brüder/ Wilhelm und Diether/ Grafen zu Catzen-Ellenbogen das Land und Wappen. Denn von Alters her hatte es einen rothen widersichtigen Löwen/ in einem güldenen Felde/ und uf dem Helm einen Flügel; hierum nannten sie dasselbe alt Catzen-Ellenbogen. Und König Rudolph gab Graf Wilhelm uf seinem Helm zwey Flügel/ und krönte ihm seinen Löwen mit einer blauen Crone. *p. 13.*

APHORISMUS. VII.

IN secundæ regionis *area sinistra duo* Leones *gradientes aurei* (*) *lingua ex ore protensa*, *& faculis cæruleis*, (**) *caudâ erectâ*, *eaque bifurcatâ*, (***) *campum rubrum explent. Digma denotat* Comitatum Diecensem.

EXPLANATIO.

(*) ALiqui pro Leopardis habent; Vid. Spener. *Oper. Herald. L. III. c. 23. §. 6. p. 636.* &

& verior hæc mihi videtur sententia, quia in Excerptis Riedeselianis vocantur, zwey güldene widersichtige Löwen. Vox widersichtig de situ, quo uterque oculus conspicitur, accipienda. Sed nihil hic muto, quia recepta hodie Leonum figura.

(***) Videtur hoc adversum regulæ Heraldicæ, quod *colores coloribus non debeant inscribi*; sed vide Exceptionem in *Ex. A. H. C. IV. qu. 16.* In Excerptis Riedeselianis ita exprimitur: mit blauen Zungen/ mit blauen Klauen. *p.* 47.

(****) Mit offenem Rachen/ und ausgeschlagener Zunge/ mit für sich geworffenen Prancken/ mit über sich gewundenem doppeln Schwantz. Gall. *Lampassés, armés & fourchés. Exam. Art. Her. C. V. qu. 81. seq.*

APHORISMUS VIII.

Succedit regio tertia (*) *cujus in area anteriore horizontaliter intersecta pars superior nigra cum duabus Stellis octangularibus* (**) *aureis,* (***) *inferior pars tota aurea visitur. Refert* Comitatum Niddanum. *De discrimine, quod in hac area inter Insignia Hasso-Cassellana & Darmstadina intercedit, monitum fuit alibi.*

EXPLANATIO.

(*) Tertia regio alias *Perigæa*, die Fuß-Reihe/ Gallis *la pointe. Ex. Art. Heraldic. C. III. qu. 19.*

(**)

(**) Ita quidem debebant. Lego enim in *Excerptis Rirdeselianis*, das obere Theil war schwartz/ darinnen stunden zwey silberne Sternen/ mit acht Spitzen/ *p. 65.* Et subinde tot angulis formatæ inveniuntur in nummis, aliisque vetustis monumentis; imo in magno isto & precioso Globo, quem Academiæ nostræ laudatiss. mem. Landgravius Philippus, dictus Butisbacensis, quondam donavit, Insignibus Hassiacis accuratissime depictis exornato, itidem cum octo radiis isthæ Stellæ conspiciuntur. Ut alia testimonia taceam, quæ plurima per omne tempus adducere possemus. A sola igitur περιεργία hominum est, quando deinceps sexangulares in Insignibus exhibuerunt.

(***) In grossen Wappen-Buch/ *P. I p. 8.* argento tinguntur; sed aurea tinctura usu recepta, & inde certior, quia inter hanc & sinistram primæ regionis aream cognatio quædam intercedit, ubi stellas auro efformatas audivimus. Nam si vera sunt, quæ ex Dillichio, *Sect. I. Aphor. V. in Explanatione* attulimus, Comites Ziegenhainenses & Niddanos ejusdem fuisse stirpis, mortuoque ultimo Niddano, Engelhardo, hujus terras cum illius Comitatu coaluisse; vero non est absimile, superadditam stellæ stellam discerniculo duabus istis Lineis inserviisse, imo radiorum seu angulorum, quo de modo monui, augmentum eandem habuisse causam.

Vid,

Vid. *Ex. A. H. C. VI. qu. 1. 4. seqq.* & Spener. *Op. Herald. P. II. L. 3. c. 23. §. 7. p. 637.*

APHORISMUS IX.

Postrema areola urticam argenteam (*) in campo coccineo refert, interstinctam tribus clavis (**). Omnia hæc coëunt in centro (***) denotantque Comitatum Schaumburgicum.*(****)*

EXPLANATIO.

(*) PRo urtica Figuram hanc venditant; quæ autem digmatis ratio sit, non una reperitur sententia. Communiter volunt, Adolphum, Sachaumburgicum Comitem, cum arcem Schauenburgum in monte dicto Nesselberg condidit, ab Imperatore Conrado II. urticæ hæc folia accepisse, ut memoriam loci urticis antea consiti conservaret. Danckwerth huic relationi addit sequentia: Meine Muthmassung ist/ daß Graf Adolph der Dritte/ nachdem er gantz Holstein einbekommen/ von der Figur des Landes Holstein/ die einem auf der Spitze stehenden Nässelblat ähnlich. (also daß die zwey Häupter in Wagern und Dittmarsen die andere und dritte Spitze machen) das Wappen eines Nesselblats genommen. *Descript. Holsat. L. III. c. 2. p. 172.*

(**) Tres Clavos (Vid. *Ex. A. H. C. V. qu. 94.*) denotari recepta pariter sententia est, nisi quod Chifletius de tribus ocelli floribus Figuram expo-

exponit, *Equ. Aur. Vell. num. 160.* quem errorem eum hausisse ex Sibmacheri Wappen-Buch *P II. p. 18.* docet Spenerus, *Op. Herald. Part. Special. L. III. c. 12. §. 9. pag. 607.* in Insignibus Danicis. Sunt itaque clavi, Paßions-Nägel/ non flores, & ex conjectura Danckvverthii, *Holsat L. III. c. 2. pag. 182.* Adolpho, Comiti, ab Imperatore Friderico I. circa A. MCLXXXIX. donati, quo cum eo in Palæstinam profectus est. Confer. Spener. l. c.

(***) Chifletius novum Scutulum seu *Ecussion*, (vid. *Exam. Art. Her. C. V. qu. 51. seqq.*) totum argenteum hic agnoscit, *l. c.* & in hoc convenire videntur Insignia Danica, Holsatica, Schaunburgica, Hamburgica atque nostra, imo & in antiquis monumentis conspicua eadem figura est. Sed dubium mihi de veritate hujus sententiæ ex sequentibus rationibus nascitur. *Primo* non adest terra vel dignitas, ad quam hoc Scutulum referri possit. *Deinde* impingeret in regulas Artis Heraldicæ, secundum quas ejusmodi Scutulum datur Scutis ab aliis digmatibus vacuo, *Exam. A H. C. V. qu. 51. Tertio* in Historia Schaunburgica nihil quidquam, præter urticas & clavos, ad Insignia referri legitur; ut alia taceamus. Quare talis efformatio, qualis hodie conspicitur, sine dubio Pictorum aperiblepsiæ adscribenda est, quam secutus etiam Autor des Europaischen Herolds/ verbis: wegen der Grafschafft Schaumburg

in rother Feldung eine weisse ausgebreitete Brennessel/ deren drey Blätter / und so viel dazwischen gestellte Nägel in Triangel zusammen gegen ein in die Mitte gehendes weiß und roth getheiltes Schildlein laufen. *l. c. p. 475.*

(****) Rationem, & quomodo Comitatus Schaunburgici partes ad Hassos pervenerint, vid. ap. Spener. *Op. Heral. L. I. c. 86 § 4. 5. p. 348. L. III. c. 12. §. 10. p. 608. c. 23 § 8. p. 637.*

APHORISMUS X.

TOti Scuto incumbit media parmula cærulea (*) *in qua Leo situ erecto* (**) *coronatus* (***) *decemque taniis* (****) *transversis argenteis & rubeis* (*****) *distinctus conspicitur. Denotatur isthoc Leone ipsa* Hassia.

EXPLANATIO.

(*) MEdiam hanc parmulam dici Gallis *sur le tout*, German. das Mittel-Schildlein/ jam supra monitum fuit. Conf *Examen. A. H. C. III qu 37.*

(**) De hoc situ vide. *Exam. A. H. C. V. qu. 74. §. 82.*

(***) Coronæ plerumq; auro tinguntur; unde etiam nostram hanc merito pro aurea habemus; imo conjicit Spenerus, etiam lingvam & faculas ita tingendas, quia plerumque Coronæ, non autem Figuræ principalis colorem referre

referre hæ partes soleant. *Insign. Saxon. Sect. I. §. 2. pag. 4.* Conf. *Exam. Art. H. C. IV. qu. 16.* Cæterum hac ipsa Corona Leonem Hassiacum à Thuringico discerni sunt qui existimant. Certe apud Fürst / im Wappen-Buch *P. III. p. 6.* nec non in Numismatibus, apud Luckium, *Syllog. Numism. pag. 105.* & alibi sine corona Leo conspicitur, ex quibus & aliis rationibus adducimur, ut putemus, Thuringicum Leonem olim corona prorsus caruisse, & ex eo demum tempore, quo divisio terrarum harum contigit, Hassiacum à Thuringico per coronam fuisse discretum, quo etiam inclinat Spenerus: *nisi*, inquiens, *nostro*, id est, *Thuringico Leoni Coronam vindicassemus, ejus defectus luculentam differentiam poneret. l. c.* Vindicavit quidem, sed argumentis sat siculneis. Nostra autem sententia firmatur ex sæpius laudatis *Excerptis Chronici Riedeseliani*, cujus in Hassiaca Historia magna fides atque auctoritas est, ubi hoc leguntur: Die Wappen Thüringen und Hessen sind also unterschieden worden / daß der bonte Löw des Landgrafen zu Hessen sollte eine güldene Krone tragen / um seiner Eltern-Mutter / der Königin zu Ungarn willen / ad Anno MCCXLVII. p. 11.

(****) Per has differre à Leone Thuringico, per octo tandum fascias distincto, ut testis est Albinus, Meißn. Land-Chron. *Tit. XV. p. 192.* & Sachs / Kayser-Chron. *P. III. p. 161.* osten-

dit Spener. *l. c. & Op. Herald. in Insign. Hass. L. III. c. 23. §. 11. p. 638.* ubi etiam Munsteri errorem notat, qui discrimen utriusque Leonis in eo quærere voluit, quod Fasciæ, quæ in Hassiaco rubræ primum, & dein albæ reperiuntur, in Thuringico transpositæ sint; id quod vel sola αὐτοψία refutari potest. Conferri hic meretur Theod. Hœping. *de Jur. Insignium C. VI. p. 5. §. 10. m. 2. n. 797. seq.*

(*****) Fasciæ scilicet pari numero recenseantur, quia campus quoad Leonem non visitur. Vid. *Exam. A. H p. 27 57.* Simul etiam notandum hic, dum colores coloribus, id est fasciæ rubræ campo cæruleo inscribuntur, exceptionem esse à regula, de qua vid. *Ex. A. H. p. 41. qu. 16.*

APHORISMUS. XI.

Postquam Scutum ipsum perlustravimus, ordo nos nunc ducit ad Galeas. (*) *Quinque autem Galeis aureis* (**) *ornatu Scutum Hassiacum, in quibus media situ recto* (***) *apparens Coronam impositam habet, unde in Apicem* (****) *exsurgunt cornua bubula argento tincta, cum extremitatibus repandis,* (*****) *prominentibus undique ramulis foliatis.* (******) *Respondet* parmulæ Hassiacæ.

EXPLANATIO.

(*) Galea cum suis accessoriis pertinent ad integritatem Insignium, non ad essentiam.

tiam. Nam sæpe Scuta sine Galeis conspiciuntur; si tamen Insignia exhibentur integra, Galeæ quoque imponi debent. *Ex. A. H C. II.*

(**) Numerus Galearum exprimendus est. *Ex. A. H. p. 100.* Tinctura non item ex necessitate, quia etiam in Cæsareis diplomatibus vix expressa reperitur. Est tamen instar regulæ apud artis peritos, ut Galeæ sunt aureæ. *Exam. A H. l. c. qu. 7.*

(***) Situs debet indicari; si rectus, uti hoc loco, Gallis dicitur *de front. Ex. Art. H. l. c. quæst. 6.*

(****) Coronæ & Apices sunt accessoria Galearum. Apex autem id omne dicitur, quod ex Galea prominet, das Helm-Zeichen/Helm-Kleinod/ Gall. *Cimier ou timbre. Exam. Ar. H. l. c. quæst. 11.*

(*****) Germ. Zwey silberne Büffels-Hörner mit offenen Enden. *Ex. A. H. l. c.*

(******) Ita Spenerus, *Op. Herald. L. III. c. 23. §. 14. p. 639.* ubi ex Hœpingio, *de Jure Insign. p. 359. seq.* referr, aliquos interpretari hanc Figuram de ramulis, quales in Myrtillorum fruticetis existunt. Europ. Herold. *P. I. pag. 472.* nominat silbernfarbige Trompen; alibi fünff weisse Stäbchen/ iedes mit drey weissen Blättern/ so auffwerts gehen. ibid. *p. 261.* Cæterum quinque an sex esse debeant, definire non licet, dum etiam in vetustis picturis hic variatum invenio.

APHORISMUS XII.

Galea, quæ dictæ mediæ ad dextram proxima est, situ obliquo (*) propositæ, & aureæ coronatæ caudam Pavoninam (**) rubeam (***) in Apice gestat, pertinet ad Parmulam Hirschfeldensem.

EXPLANATIO.

(*) GAllis *en profil.* Vid. *Ex. Ar. Heraldicæ l. c. qu. 6.*

(**) *Ex. A. H. l. c. Qu. 11.*

(***) Colorem omisit Spenerus; sed rubeum esse debere docet Crux in digmate Hischfeldensi. Wegen Hirschfeld auf einem güldenen gekrönten Helme ein dreyfacher rother Pfauen-Wedel.

APHORISMUS XIII.

Sequitur ad sinistram Galea cæteris (excepta Corona, quam hic nullibi invenio) compar, unde exsurgit (*) *Caper* (**) *niger* (***) *cornibus atque pedibus aureis, alatus, ita ut alarum pars superior nigro colore, Stellam auream* (****) *inscriptam habente, inferior auro tingatur* (*****) *Respicit digma Scutarium* Ziegenhainense.

EXPLANATIO.

(*) QUando non integræ figuræ prodeuntes conspiciuntur, sed tantum dimidiæ, Gall. vocant *naissants. Ex. A. H. C. V. qu. 65.*

(**) Potius forte caprea, von Ziegenhain; inde ita exprimit Winckelmann. zwischen beyden Flügeln ist zusehen ein schwartzer Ziegenkopff *l. c. C. IX p. 246.* cum quo conveniunt *Excerpta Riedeseliana*, zwischen den Flügeln stund ein schwartzey Ziegenkopff *p. 65.*

(***) Argentum plerique pingunt; sed male, quia in digmate Ziegenhainensi, quod refert, argumentum non reperitur, quum tamen plerumque eædem, quæ Scuti fuerant, Tincturæ in Apice retineantur. *Ex. Ar. Herald. C. VIII. q. 11.*

(****) Hujus plane oblitus est Spenerus, in expositione Insignium Hassiacorum.

(*****) Totum alatum nigrum fecit Dn. Spenerus, sed perperam, dum ratio modo dicta, & oculare testimonium repugnant. Aus den güldenen Helm steiget das forder Theil eines geflügelten schwartzen Bocks/ (oder vielmehr Ziegen) mit güldenen Hörnern und Klauen / dessen Flügel die obere Helffte schwartz/ mit den güldenen Sterne/ die untere aber mit Gold gezieret.

APHORISMUS XIV.

Revertendo ad dextrum latus, extremam ibi deprehendimus Galeam, par alarum (*) complicatarum rubro colore tinctarum sustinentem. Utraque dum in orbe aureo Leopardum rubrum refert, facile indicio est, Galeam hanc ad

ad Comitatum Cattimelibocensem *spectare*. (**).

EXPLANATIO.

(*) DE alis, Apicum ornamentis, vid. *Ex. Art. Heraldic. l. c.* (**) German. ein schwartzer geschlossener Flug / in dessen fördern Flügeln in einem runden güldenen Schildlein der Catzen-Ellnbogische Leopard erscheinet. Conf. Winckelmann. *Chron. Hass. P. II. c. I. p. 86.*

APHORISMUS XV.

IN lævo latere ultima Galearum, conspicua Corona tortili, (*) colore, ut apparet, rubro & argenteo alternatim tincta conspicitur, cui inserta sunt quinque vexilla, singula urticis Schaunburgicis inscripta, & duobus Sceptris, quæ Pavoninis pennis fastigantur, comitata. (**) *refert Comitatum* Schaunburgicum.

EXPLANATIO.

(*) GErm. Wulst/ Wulst-Krantz / *Examen Art. Herald. l. c. qu. 13.* Notat Spenerus, se hujus loco alicubi vidisse coronam spineam, cujus existius conjectura, eadem ratio, quæ clavorum in areola Schaunburgica.

(**) Germ Auf dem Helm lieget ein gewundener Wulst-Krantz / aus welchem fünff Co-

Copien, oder Fähnlein herfürsteigen / in deren jeden die Schaunburgische Nessel zu sehen / und stehen zu beyden Seiten die Fähnlein zwey silberne Scepter / oben mit Pfauen-Federn bestecket.

APHORISMUS XVI.

CÆterum hic observamus non inesse Galeis, quæ digmata Diezense *&* Niddanum *referant. Cujus omissionis ratio ex conjecturis andari possit, cogitandum est.*

EXPLANATIO.

MIror, Dn. Spenerum hoc dubium ne quidem attigisse; mihi quid videatur, indicabo brevibus. *Diecensibus* Comitibus Galea fuit ornata duabus alis, cui Leones, vel Leopardi inscripti, ceu videre est apud Winckelmannum, *Chron. Hass. P. II. c. 3. p. 122.* in quo convenit cum Cattimelibocensi. Hæc, nisi omnia me fallunt, ratio est, quod uno Comitatus Cattimelibocensis ornamento in Casside simul Diecensia decora comprehendere Hassi voluerunt. *Niddani* digmatis in Galea non seorsim repetiti ratio potest ex dictis ad proxime præced. *Aphor. 9.* (***) desumi.

APHORISMUS XVII.

ULtimum, quod in Scuto Hassiaco considerandum venit, sunt Tegumenta *argentei atque rubei coloris, Scutum atque Galeas involventia,*

ubi nihil singulare atque notatu dignum præterea occurrit, Conf. *Ex. A. H. C. 7. qu. 14. seqq.*

APPENDIX II.

INSIGNIUM SCHWARZBURGICORUM ANTIQUORUM



Expositionem referens.

APHO-

APHORISMUS.

I.

QUantum ad *Formam* Scuti Schvvarz- *Forma.*
burgici attinet, illa hodie ordinaria est, quum superioribus Seculis triangulari digmata sua, & eorum præcipuum, Leonem scilicet, semper fere solum exhibuisse antiquiora monumenta loquantur. *Situ* quoque nunc recto gaudet, olim frequentius inclinato. *Situs.*

II.

Ipsum Scutum quoad digmata ex duabus parmis per modum adunationis (*Exam. A. H. Cap. III. qu. 36.*) junctum Sectione bipertita perpendiculari ad dextrum latus Schvvartzburgica, ad sinistrum Hohensteinia Insignia exhibet. *Sectio.*

Das Schwartzburgische Wappen ist der Länge nach gleich getheilt; auf der rechten Seiten ist das Schwartzburgische/ auf der lincken das Hohnsteinische.

III.

Utraque pars, tam anterior, seu *Pars anterior.*
Schvvartzburgicorum, quam posterior, seu Hohensteinensium in quadras discernitur; & quidem anterioris prima & quarta quadra (*d C. 2. qu. 2. C. V. qu. 7.*) Aquilam nigram (*Cap. V. qu. 4.*) erectis *Aquila.*

ad

ad volatum alis, *C. V. Qu. 78.* in campo aureo; *Cap IV. qu. 15.* Secunda & tertia par cornuum cervinorum rubeorum cum parte cranii, Gall. *ramure C. V. qu. 83* in campo argenteo refert, illaque Arnstadiensem, his Sondershusanam Dynastias denotari ex vetustissimis Sigillis certum est. Centro insertum apparet Scutulum, Gall. (*mis en abime Cap. III. qu. 38.*) quod in cæruleo campo Leonem aureum coronatum & erectum Gall. *rampant*, zum Grimm gerichtet. (*C. V. qu. 84.*) digma Domus Schvvarzburgicæ gentilitium, & in amplissimi in Thuringia Comitatus notam complectitur. Das Schwartzburgische Theil stehet in der geraden Vierung. In ersten und vierten Felde führet es einen schwartzen Adler zum Flug gericht / in güldenen Felde. In andern und dritten ein paar rothe Hirsch-Geweyhe im silbern Felde. In blauen Hertz-Schildlein ist ein güldener auffrecht zum Grimmen gerichteter Löw.

Cornua cervina.

Leo in scutulo.

IV.

Pars posterior. Posterioris Partis sive Insignium Hohensteinienſium laterculi primus & quartus quindecim tessellas argenteas & rubeas alternatim positas referunr; *echi-*

Tessella.

que-

quetêe, *Cap. V. qu. 62.* Secundus & tertius ſuperiore ſui parte Leonem gradientem, *paſſant*, aureum, inferiore quatuor faſcias aureas, *ecu faſcé*, in campo rubro, (*Cap. V. qu. 25.*) Quamvis enim in Diplomate Cæſareo octo faſciæ, rubeæ ſcilicet quatuor & totidem aureæ alternatim poſitæ, in acht Straſſen unterſchieden/ enumerentur, curatius tamen hæc cum dictis *Cap. V. qu. 27.* conferenti manifeſto apparebit, rubeos ductus ad Campum potius, quam ad Faſcias pertinere. Teſſellis Hohnſteinam, Lauterbergam, vel, quum idem utrique ſymbolum, Schartfeldiam præfecturam (ſiquidem non illa, ſed hæc in pacto ſucceſſorio Anno 1433. inter Illuſtres Domos Hohnſteinienſem & Schvvartzburgicam inito continetur,) partem quondam Comitatus Hohnſteinienſis, Leone & Faſciis, tanquam teſſeris cohærentibus deſignari, res hodie eſt expedita. Hiſce imcumbit, æque ut Schvvartzburgicis, medium Scutulum argenteum, ornatum cervo nigro cornua ex utraque parte ſex ramulis diſtincta geſtante, Lohram & Clettebergam ſignificante, pro quo iſti Comites ſeculis retro lapſis trabibus pinnatis, imo Leone uſi leguntur, ſed demum longo uſu

Leo & Faſciæ

Cervus in ſcutulo.

usu Cervus reliqua digmata obliteravit. Zur Lincken ist das Hohnsteinische / gleichfalls gequartiret ; Der Rechte ober und Lincke Unter Schachweise in Roth und Silber ; der lincke Ober und Unter zwerg getheilet / deren iede obere Helffte einen güldenen fortschreitenden Löwen / mit über sich geschwungenen doppelten Schwantz / roth ausgeschlagener Zungen / und für sich geworffenen Prancken / zum Raub geschickt / im rothen Felde. Die untere Helffte aber vier güldene Banden oder Strassen ebenfalls im rothen Felde fürstellet. In silbern Hertz-Schildlein ist ein schwartzer Hirsch mit doppelten Gestirn / von sechs Enden.

V.

Pecten Furca. Supersunt in pede scuti argenteo pecten, der Roß-Kamm / auro, & eidem incumbens furca minio tincta. In Fuß oder Grunde des Schildes in silbern Felde der güldene Roß-Kamm und die rothe Gabel. Ut nnim, quod ad prius digma, dubitatum fere hactenus fuerit, utrum pro pectine, an vero pro rastro sine capulo haberi debeat, posterior tamen opinio (non obstante, quod & ipsa antiqui Cæsarei diplomatis adsertio, verbis: der gelb hültzerne

ne Rechen / erroneas quippe Veterum narrationes sequuta eidem adstipuletur) ex eo in rejiculis ponenda, quod hodie expedita veritas sit, Schvvartzburgicos a Comitibus Kevernburgensibus oriundos secum eorum ut sanguinem, sic & Insignia, quorum pars pecten fuerat, traxisse. Quin & ex antiquioribus Sigillis, prout Seculis undecimo & duodecimo formata fuerunt, ad oculum patet, pectinem, non rastrum, hac figura, tum temporis ipsi galeæ (quod sequens schema edocet) imposita indigitari. Cæterum ambas hasce tesseras ratione Dynastiæ Leutenbergensis (cujus à multis quidem jam seculis possessæ Titulum demum An. 1566 Imperatoria gratia inter suos receperunt) Schvvartzburgicis insignibus insertas constans in illustrissima Domo opinio est, quamvis haud æque ad liquidum deductum, quod alicubi traditum recordor, munus imperii Archippocomorum, derer Reichs-Stallmeister / Dynastiæ huic olim hæreditario ac perpetuo jure annexum iisdem

signi-

significari. Sane cogitanti, quam illa Officialium Imperii munia seculis retro



lapsis ambulatoria tantum, imo nec ad vitam semper personis concessa, haud difficile fuerit judicatu, quæ precia communibus fabulis de Officiis Imperii hæreditariis sint statuenda. Cæterum obiter adhuc hoc loco notandum est, id, quod pectinem supereminet, vel ex solo intuitu fasciculum pennarum pavonina-

ninarum præ se ferre. Male ergo habet Figura Ant. Weckii, in *Descriptione*, ubi loco cautæ pavonis exhibetur nescio quod pomorum vel frugum genus. *p. 156.*

VI.

Toti Scuto imponitur *Crux aureis & cyaneis tæniis exarata.* Uber den gantzen Schild gehet ein Creutz / mit Schreg-Balcken in Gold und blau abgewechselt. *Crux ex. tæniis.* Hujus se mysterium non capere fassus est Dn. Spenerus. Neque ego in re tam obscura Oedipum agam, sed est tamen, quo conjecturama me ducit. Scilicet haud ante reparatam, quod in anno superioris seculi decimo octavo contigit, Illustrissimæ Domui Cæsareis privilegiis *QUATUOR IMPERII COMITUM* titulaturam digma hoc in InsignibusSchvvartzburgicis comparet, quaproprer quum ab eo demum tempore, quo publico jure titulum hunc frequentare cœperunt, crux ad dictum modum efformata in vetustis ceris conspiciatur, in eam incidi opinionem, num fors per quadrifidam hancce figuram *QUATUOR-VIRATUS* in Illustri Familia coruscum decus indigitetur. Sed conjectura hæc est quam pro vero nemini obtrudo, qui nec ipse pro Junone nubem facilis amplector.

VII.

Galeæ. Pergo nunc ad tres Galeas coronatas
Media. & apertas Scuto nostro imminentes. Earũ *media* situ recto Leonẽ Schvvartzburgicum considentem, siquidem autopsiam & usum modernum; sin vero Cæsareum Diploma consulueris, Leonis, exerta lingua rubra, faculas protendentis προ]ιμὴν seu sola anteriora e corona prodeuntia: Im vorder Theile eines gekrönten Löwen exhibet. Caput hujus sive integri sive dimidii Leonis itidem corona, unde pavonina cauda promineat, inscripto insuper pulchræ alitis pennis, quod quidem contra usum Imperiales literæ loquuntur, rastro fulvo, mit einem gelben Rechen/ vel rectius, pectine cum furca exornatur. Reliquæ duæ Galeæ frontes sibi invicem
Anteri- obvertunt, exque iis anterior, Aquilam
or. nigram, alas ad volatum expandentem, situ eodem, quo ipsa cassis, intra duo cornua cervina rubea, quorum unumquodque bis ter ramulis refertum, con-
Posterior. clusa portat: Posterior laterculo Hohensteinienſi respondens, Junoniæ avis cauda, similiter, ut præcedens, intra par cornuum cervinorum, ramulis quoque totidem, ut priora, præditorum, & ab illis hoc solo differentium, quod, juxta literas Imperatorias, ea parte qua Galeam-

me-

mediam respiciant, argento tingi debebat, deren das innere Gestirn weiß ist/ insignitur. Cæterum, quæ priores Cassides circumvolitant, laciniæ, auro & atro colore, quæ ultimam coco & argento tinguntur. *Laciniæ.*

Uber den Schild stehn drey gegen einander gekehrte adeliche offene Thurnier-Helm / alle drey gekröhnet /und gülden. Auf den Mittelsten stehet in der Krohne der sitzende Schwarzburgische güldene Löw / gekröhnet/ und auf der Krohn ein blaugespiegelter Pfauen-Schwantz; Auf den vordern oder zur rechten Hand zwischen zweyen rothen Hirsch-Gestirn der schwartze Flugnehmende Adler. Auf den hintern oder zur lincken Hand zwischen zwey Hirsch-Gestirn / deren das innere Silber/ das äussere roth/ abermahls ein blauer Pfauen-Schwantz. Die Helm-Decken der ersten beyden Helme sind inwendig Gold / und auswendig schwartz. Das letztere inwendig roth/ auswendig Silber.

IIX.

Restant Telamones scuto additi, de quibus quidem Imperatoriæ literæ plane silent. Sunt vero ii Mas & Fœmina sylvestres, caput & pudenda foliis cingentes, cætera nudi. Ille dextra hæc læva *Telamones.*

vexillum tenet, ex croco atque argento bipertitum. Quid referre debeant, aliis fors aliter, mihi sic visum, quod vastorum nemorum, queis in sylva Thuringica Illustrissimi Comites nostri gaudent, præ se ferant dominium. Fortassis etiam non adeo inepte sylvestres hosce homines antiquissimarum Arcium sylvestrium, quas Comites nostri in dicta sylva possident, & quidem Vir Schvvartzburgi, Fœmina Blanckenbergiæ symbolum agnoveris. Neque vero in hac causa pro dictatore me gero, meliora docturis lubentissime assurecturus, id tamen haud temere mihi persuasum habens, quod per conjecturarum salebras in occulta ire licitum, ubi per Regiam certioris notitiæ viam plano itinere progredi non permittitur.

IX.

Ut de ordine, quo in recensendis Insignibus procedere solent diplomata Cæsarea, eo melius constet, lubet hic extractum literarum Imperatoris Rudolphi II. quibus An. 1597. Illustrissimis Comitibus Schvvartzburgicis formam Insignium, ex Gentilitiis antiquis & adscitis novis Hohnsteinensibus compositorum tribuit atque confirmavit, subjicere.

P.P. Und so viel demnach die Gra-

fen

fen zu Schwartzbug belanget / haben wir den obbenannten N. N. insgemein ihren gantzen Gräfl. Hause samt und sonders in Ewigkeit gebetener massen nicht allein den verledigten Gräflich-Hohnsteinischen Nahmen und Titul / nemlich / daß sie sich von nun an zu und neben ihren alten hergebrachten gewöhnlichen Titul: der Vier Grafen des Reichs / Grafen zu Schwartzburg / Herren zu Arnstadt / Sondershausen und Leutenberg / auch Grafen zu Hohnstein / Herren zu Lohre und Clettenbergschreiben und nennen sollen / gnädiglich verlieben / sondern noch darzu ihr uhraltes Gräfl. anererbetes Wappen mit den Hohnsteinischen gnädiglich unirt / vermehret / gezieret / und verbessert / und dasselbe also nachfolgender Gestalt zu führen und zu gebrauchen gegönnet / und erlaubet: Nemlich ein Schild / dadurch gehet durchaus von gelben und blauen schrenckswеise abgetheilten Balcken ein Creutz; zu des Schildes lincken Seiten / nach dem Auffdruck ist das Hohnsteinische Wappen quartieret / also / daß das untere eussere und das obere innere quartier Schachweise in roth nnd weiß ausgesetzet. Die übrigen zwey in Mitte nach

der

der Zwerg in zwey/ deren das untere wieder in acht Straffen unterschieden/ als die erste/ dritte/ fünffte und siebende roth/ die andern gelb/ und das Obertheil gantz roth/ darinnen über und für sich ein gelber Löw/ mit über sich geschwungenen Schwantz/ roth ausgeschlagener Zungē/ u. für sich geworffenē Prancken zum Raub geschickt. Dann ferner in Mitte dieser Quartirung des Schildes ein kleines weisses Schild/ darinnen für sich ein schwartzer Hirsch mit doppelten Gestirn von sechs/ ob der Seiten dreye und oben so viel Enden/ zum Lauff gestellet/ erscheinet/ welches alles/ wie gehöret/ vorhin die Grafen zu Hohnstein geführet haben. Das andere und vordere Theil des Schildes ist auch gleicherweise quartiret/ und darinnen ist der Grafen von Schwartzburg/ ererbt- uhralt- Gräfliches Wappen begriffen/ wie auch in Grund des Schildes unter beyden zusammengefügten Schwartzburgischen und Hohnsteinischen Wappen in einem besondern weissen Feld der gelb höltzern Rechen und darob die rothe Gabel/ alles umgefast beygesetzet. Uber den Schild gehen drey gegen einander gekehrte offene und gekrönte Adelich

Thur-

Thurniers-Helm herfür/ und stehet auf den eussern oder lincken zwischen einen doppelten Hirsch-Gestirn von sechs/ als unten drey und oben so viel Zincken/ derendas eussere roth und innere Gestirn weiß ist/ ein über sich ausgebreiteter blau gespiegelter Pfauē-Schwantz/ auf der mitten oder andern Thurniers-Helm aber über und vor sich in vorder Theile ein gekröhnter Löw mit ausgestreckten Prancken/ roth ausgeschlagener Zungen/ auf dessen Kron über sich auch ein ausgebreiteter blaugespiegelter Pfauen-Schwantz/ mit einem gelben Rechen/ und dann auf den vordern oder dritten Helm zwischen zweyen rothen Hirsch-Gestirn/ iedes von sechs/ als unten drey und oben so viel Enden entspringenden/ ein auffrechts und einwerths gekehrter ausgebreiteter schwartzer Adler zum Flug geschickt/ allermassen solch uniret/ vermehret/ gezieret/ und verbessert Gräfliches Wappen/ in Mitte dieses unsers Käyserlichen Brieffs gemahlet/ und mit Farben eigentlich ausgestrichen ist.

ADDITAMENTUM.

I.

ET hactenus quidem in dicta ILLUSTRISSIMA DOMO hæc Insignia omnibus communia obtinuerunt. Posteaquam autem anno M. DCXCVII. S. Cæsarea Majestas Sondershusæ residentem Dominum CHRISTIANUM WILHELMUM cum sua progenie, & deinceps universam DOMUM in Ordinem Sacri Romani Imperii Principum cooptavit, iisdem quoque nonnihil immutata, prioribusque auctioria & emendatiora ad artis regulas, in postremum usurpanda concessit Insignia, ceu ex subjecto schemate, ejusdemque cum antiquis collatione ad oculum patebit.

INSI-



INSIGNIA PRINCIPUM SCHWARTZBURGICORUM.



II.

Differentia in SCUTO quoad.

Apparet autem differentia tum in *Scutis* a) *to*, tum maxime in *Galeis*. In SCUTO observare licet, primum tincturis prioribus, aureæ scilicet & cyaneæ, quibus

1) *Crucem* *Crux* toti Scuto superinducta ornatur, nunc additam tertiam, coloris nimirum nigri: Secundo in centro Crucis adeoque totius Scuti umbilico inter duo scutula ordinaria reperiri aliud (Vid. c. III. qu. 38.) *medium* auro tinctum, & Insignia Imperii, Aquilam bicipitam nigram cum pomo & sceptro referens, quæ sive peculiaris Imperatoriæ erga Serenissimum Principem gratiæ argumenta, sive obtenti quondam a GÜNTHERO Schvvartzburgico Imperialis fastigii testimonia interpretere, non credo multum a vero aberraveris. His amplius Aquilæ pectori affixa cernitur alia *parmula*, nec minus aurata mitram Ducalem rubram comprehendens. (*c. III. qu. 5.*) quam discerniculi causa adjectam ego arbitror, quia sine tali non facile talismodi Insignia utenda conceduntur.

2) *Scutum medium; cum Insignibus Imperii. & huic inserta*

parmula mitram ducalem exhibente.

3) *Pedem Scuti emendatum.* Tandem & diuersitas aliqua in *pede Scuti* circa tincturas occurrit, dum loco pectinis aurati in campo argenteo, *rubeum* id digma, rectius scilicet ad scita artis Heraldicæ (*c. IV. qu. 15.*) in spacio aura-

aurato Principibus Schvvartzburgicis pingere conceditur. Cæterum in præcedenti *Appendice p. 113.* quoad latercu-lum secundum & tertium posterioris sive Hohnsteiniæ partis Insignium Schvvartzburgicorum monui, ductus ibidem occurrentes rubeos peculiare aliquod digma non constituere, sed quidquid in iis rubri est, id meliori ratione ad campum referri, secus atque in diplomate Cæsareo appendici subnexo factum & vulgo credidum fuerat. Et video sane, hæc mea cogitata non fuisse de nihilo, siquidem noui, quisquis est, diplomatis, fabricator plane ad meam mentem non nisi aureas in campo rubro fascias cum Leone expresit. *4) Latercu-los rectius explicatos.*

III.

Restat, vt de GALEIS, earumque ornamentis videamus. Pristinis tribus totidem nouæ superadditæ, singulæ peculiaribus insignitæ apicibus. *Prima* harum (sequar ordinem Cæsarei Diplomatis) mitram Ducalem (*cap. VIII. qu. 10.* culcitræ rubræ impositam (*cap. VIII qu. 13.*) gestat. *Altera* Aquilam bicipitem repetit, sine tamen parmula. *Postrema* virum cataphractarium, auream in casside coronam, & strictum vtraque manu gladium tenentem sistit, quo, nisi fallor, *b) GALEIS. quoad I nouarum accessionem*

lor, privilegium creandorum Imperii Equitum a Cæsarea Majestate Celsissimo Principi paucis abhinc annis indultum innuitur. Circa reliquas Galeas, earumque cimelia nihil immutatum deprehendo, nisi quod Leo in cassîde media, cujus ante hac dubius fere situs nunc *confidens* diserte dicatur, & rastri, quod pennis Pavoninis insertum Diplomata priora perhibuerunt, nunc omissa prorsus mentio, quæ duplex emendatio quam exacte cum meis monitis conveniat, conferenti hæc cum dicta appendice II. cc. facile constabit. Circa *Lacinias* hoc novum est, quod auro, argento & rubeo colore æque omnes, servato tamen alternationis ordine exprimuntur, id quod antea secus fuisse res ipsa satis loquitur.

2) Veterum emendationem.

IV.

Hactenus dicta quo majorem adipiscantur lucem, lubet & ex ipsis Imperatoriis literis, quatenus præsens negotium concernunt, aliqua in medium adducere.

Ferner erlauben Wir/ aus Käyserl. Macht und Vollkommenheit/ daß Ihro Liebden/ und Dero Männlichen und Weiblichen Descendenten führo hin und zu ewigen Zeiten/ nachgesetztes Fürst-

Fürstliche Wappen in allen Vorfallenheiten sich gebrauchen und bedienen/ als mit Namen einen Schild mit blau/ gelb und schwartz färbigen Creutz/ in vier Theile zertheilet / dessen hinter / unter und ober Theil lincker Seits mehrmahlen nach der Länge herab also abgetheilet / daß der hinter unter und vorder obere ein roth und weisser Schacht/ vorder unter und hinter obere roth/ darinnen vier gelbe oder vergüldete Balcken liegen/ auf deren ieden oberen ein güldener Löw znm Streit gericht/ mit auffgehobenen doppelten Schwantz / und auffgerissenen Rachen abzunehmen / rechter Seits ebener massen unter und ober Schildes Theil der Länge herab also getheilet/daß der hintere unter und vorder obere gelb / oder goldfärbig / in welchen ein ein schwartzer einfacher Adler mit auffspringenden Füssen / auffgehabenen Flügeln / und auffsperrenden Schnabel / und roth vorschlagenden Zungen / vorder unter und hinter ober weiß oder silberfärbig / in denen zwey rothe Hirsch-Geweyhe zu ersehen; Auf der Mitte des Creutzes ist ein gelber Hertz-Schild / darinnen ein schwartzer doppelter Adler mit auff-

auffgehobenen Flügeln/ in den lincken Klauen / den Käyserlichen Reichs-Apffel/ den rechten aber ein Reichs-Scepter haltend / auf der Brust habend ein gar kleines gelbes Hertz-Schildlein/ darinnen ein rother Hertzog Hut/ und über des Adlers zwey Köpffen eine Käyserliche Kron zu ersehen / auf beyden Seiten sind noch zwey andere Hertz-Schildlein / in deren hindern weissen ein schwartzer Hirsch zum fortgehen gerichtet/ und vordern blauen ein gelber grimmiger gekrönter Löw / zum Streit gestellt/ mit auffgehobenen doppelten Schwantz / auffgerissenen Rachen/ und roth vorschlagender Zungen zu ersehen / unter den grossen quartirten Schilde im gelben Felde ein rother Harcke oder Rechen / und über diesen/ nach der Länge ligend / eine rothe Harcke oder Rechen-Gabel / über besagten quartirten Schild stehend sechs frey offene adeliche tournirs-Helm/gezieret mit ihren Kleinoden/und die drey erstere oder lincke mit roth/ weiß und schwartzen vermenget obhangenden Helm-Decken / in welchen eine eingeflochtene Wald-Frauen Gestalt mit abfliegenden Haaren um das

Haupt

Haupt/ und unteren Leib einen grünen dück bauschigten Crantz habend / mit der innern Hand den Schild ergreiffend/ und in der euern eine Copey mit roth und weiß / ein fliegendes Fähnlein haltend; Die andere drey Helm/ mit schwartz/weiß und roth vermengeten abhangenden Helm-Decken / in denen ebener massen eine eingeflochtene Wald-Manns Gestalt in langen züthigen Haar und Bart / mit gleichen grünen Cräntzen und Fähnlein / mit der innern Hand auf gleiche Art den Schild haltend / zu ersehen/ und seynd besagte sechs Helm alle mit güldenen Cronen gezieret / und aus deren ersterern zwischen zwey rothen Hirsch-Geweyhe ein Pfauen-Schwantz in seiner Farb/über der anderen auf rothen Polster ein Hertzog-Hut mit den Reichs-Apffel/ über sich / über der dritten/ der besagte doppelte Adler / ohne dessen Brust-Schildlein/ über der vierten / ein gelber Löw sitzend / mit ausstreckenden vordern Füssen / und gekrönt mit einer gelben Cron/ in welcher noch mehrmahlen ein Pfauen-Schwantz abzunehmen / über der fünfften / auch zwischen zwey rothen Hirsch-Geweyhen / der beschriebene einfache Adler

ein-

einwärts gestellet / und über der sechsten / als letzten / ist ein geharnischter Mann / mit denen beyden Händen ein blanckes Schwerdt haltend / auf der Bantzer-Hauben eine güldene Cron habend / zu ersehen: Alsdenn solch von neuen gegönnet- verbessert- und vermehrtes Fürstlich-Wapppen auf den-

Blate erster Seiten dieses unsers Käyserl. Libell-Weiß geschriebenen Brieffs mit Farben eigentlicher entworffen und vorgestellet ist: Doch stellen wir offt besagten Seiner Liebden frey und willkührlich / Dero Ihre confirmirt- und verbessertes Wappen mit gemeldten sechs Helm / oder ohne deren / mit einen Fürsten-Hut bedecket zu führen / und zugebrauchen / ohnverhindert Männiglich / ꝛc. Anno 1697. den 3. Sept.

FINIS.



Fig. 1.



Fig. 2.



Fig. 3.



Fig. 4.



Fig. 5.

Fig. 6.

Fig. 7.

Fig. 8.



Fig. 9.



Fig. 10.



Fig. 11.



Fig. 12.



Fig. 13.



Fig. 14.



Fig. 15.



Fig. 16.










2.
6.

Fig.







Fig. 2



Fig. 17.



Fig. 18.



Fig. 19.



Fig. 20.



Fig. 21.



Fig. 22.



22



22



22



Fig. 23.



Fig. 24.



24.



Fig. 25.



Fig. 26.



Fig. 27.



Fig. 28.





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-140685-p0385-6







Fig. 29.



Fig. 30.



Fig. 31.



Fig. 32.



32

Fig. 33.





Fig. 34.



Fig. 35.



Fig. 36.



Fig. 37.



Fig. 38.



Fig. 39.



Fig. 40.



Fig. 41.



Fig. 42.





g. 32.



. 35.



39.













Fig. 43.



Fig. 44.



Fig. 45.



Fig. 46.



Fig. 47.



Fig. 48.



Fig. 49.



Fig. 50.



Fig. 51.



Fig. 52.



Fig. 53.



Fig. 54.



Fig. 55.



Fig. 56.



Fig. 57.



Fig. 58.





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-140685-p0393-5



























Fig. 59.



Fig. 60.



Fig. 61.



Fig. 62.



Fig. 63.



Fig. 64.



Fig. 65.



Fig. 66.



Fig. 67.



Fig. 68.



Fig. 69.



Fig. 70.



Fig. 71.



Fig. 72.



Fig. 73.



Fig. 74.







Fig. 75.



Fig. 76.



Fig. 77.



Fig. 78.



Fig. 79.



Fig. 80.



Fig. 81.



Fig. 82.



Fig. 83.



Fig. 84.



Fig. 85.



Fig. 86.



Fig. 87.



Fig. 88.



Fig. 89.



Fig. 90.







Fig. 91.



Fig. 92.



Fig. 93.



Fig. 94.



Fig. 95.



Fig. 96.



Fig. 97.



Fig. 98.



Fig. 99.



Fig. 100.



Fig. 101.



Fig. 102.



Fig. 103.



Fig. 104.



Fig. 105.



Fig. 106.










Fig. 106.



Fig. 107.



Fig. 108.



Fig. 109.



Fig. 110.



Fig. 111.



Fig. 112



Fig. 113.



Fig. 114.



Fig. 115.



Fig. 116.



Fig. 117.



Fig. 118.



Fig. 119.



Fig. 120.



Fig. 121.







Fig. 122.



Fig. 123.



Fig. 124.



Fig. 125.



Fig. 126.



Fig. 127.



Fig. 128.



Fig. 129.



Fig. 130.



Fig. 131.



Fig. 132.



Fig. 133.



Fig. 134.



Fig. 135.



Fig. 136.



Fig. 137.













Fig. 138.



Fig. 139.



Fig. 140.



Fig. 141.



Fig. 142.



Fig. 143.



Fig. 144.



Fig. 145.



Fig. 146.



Fig. 147.



Fig. 148.



Fig. 149.



Fig. 150.



Fig. 151.



151



Fig. 152.







Fig. 15



Fig. 156.



Fig. 15

152.





Fig

Fig. 161.



Fig.



Fig. 165.



Fig. 153.



Fig. 154.



Fig. 155.



Fig. 156.



Fig. 157.



Fig. 158.



158.



158.



Fig. 159.



159.



Fig. 160.



Fig. 161.



Fig. 162.



Fig. 163.



Fig. 164.



Fig. 165.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-140685-p0420-0



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-140685-p0421-6

Fig. 166.



Fig. 169.



Fig. 170.



Fig. 166.



Fig. 167.



Fig. 168.



Fig. 169.



Fig. 170.



Ma 3913 l/3

X2326716

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-140685-p0429-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-140685-p0430-6

IMMANUELIS WEBERI

EXAMEN

ARTIS HERALDICÆ,

MAXIMAM PARTEM EX INSIGNI OPERE

SPENERIANO

COLLECTUM,

THEORIAM INSIGNIUM FACILI AC PERSPICUA METHODO EXHIBENS;

EDITIO TERTIA

EMENDATIOR ET AUCTIOR.

JENÆ,

Sumptibus ERNESTI CLAUDII BAILLIAR.

ANNO 1713.

Gymnasium Quedlinburg

A. M. Thiele L.S. 1713.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-140685-p0431-1